



STRUVE
DE
DIALECTO
HERODOTI









Quaestionum

de

dialecto Herodoti

specimen I

scripsit

Dr. C. L. Struve.

Regimontii

apud fratres Borntraegeros

1828.

Quaestionum de dialecto Herodoti specimen.

Herodot. I, 7, 4 *) οἱ δὲ πρότερον Ἄγρωνος βασιλεύσαντες ταύτης τῆς χώρης ἦσαν ἀπόγονοι Λυδοῦ τοῦ Ἄτυος, ἀπ' ὅτευ ὁ δῆμος Λύδιος ἐκλήθη κ. τ. λ. Ad hunc locum Augusti Matthiaei haec est nota:

> „ἀπ' ὅτευ non nisi Reizii conjectura nititur. Codd. ἀπό „τευ. Sed equidem dubito an ὅστις de certo homine „usurpetur. Vid. ad Eur. Hipp. 900. Scribendum videtur „ἀπὸ τοῦ i. e. ἀφ' οὗ ut infra 145. Sic 8, ἐκ τῶν μαν„θάνειν δεῖ. 167 ἐν τῷ οἱ Φωκαιέες — ἐχέατο."

De usu isto, quo ὅςτις pro simplice ὅς usurpetur, editor doctissimus jam multis annis ante dubitaverat, ut postea patefiet. At vero, cum ampliorem grammaticam denuo ederet, in primo volumine, quod ante editum Herodotum lucem aspexit, ad hunc locum non offendit, scripturam nunc quidem receptam ὅτευ inde afferens (pag. 286). Verum in secundo volumine, quod edito jam Herodoto promulgavit, eadem fere verba repetiit, quibus in editione Herodoti usus erat **). Miror tamen quod contra codd. e sola conjectura ita nunc scribi editor contendat. Nam vel ex Gaisfordii notula: „Sic Reizius et a. apud Larcher. Vulgo ἀπό τευ cum S." contrarium elucet. Neque hoc non ita esse concludi potest ex eo, quod Schweighäusero missa excerpta hanc scripturae varietatem praetermittunt (vid. Schweigh. pag. 14). Nam de Larcheri testimonio nemo dubitabit ***). Atque hunc codicem *a* non solum inter Parisinos

*) Primum et secundum numerum in his et reliquis omnibus locis, qui afferentur, indicare librum et capitulum, ut nunc vocant, vix monendum videtur. Tertius vero numerus spectat parvas illas sectiones, in quas capitula in Gaisfordii editione divisa sunt; nam ne lineas numeremus, factum est insigni ista perversitate, qua numeri harum linearum ad marginem editionis Lipsiensis, qua sola utor, additi sunt.

**) Herodot. 1, 7. 3, 115. ist ἀπ' ὅτευ Conjectur von Reiz statt der Lesart der Handschr. ἀπὸ τεῦ (viell. ἀπὸ τοῦ, wie 1, 145. in den Handschr.) — Ceterum moneo, e codd. apud Schweigh. et Gaisf. non ἀπὸ τεῦ afferri, sed, ut Matthiae ipse scribit in notis ad Herodot. ἀπό τευ, et sic quoque est in antiquis editionibus, ut in Steph. 2da, quae ad manus est.

***) T. 1. p. 185. Cette correction est appuyée du manuscript A de la Bibliothêque du Roi.

sed inter ceteros etiam maximae esse auctoritatis, negari nequit. Neque tamen in primo hoc loco, ubi haec scripturae varietas occurrit, Matthiae *ἀπο τοῦ*, in quod Schweigh. etiam inciderat, ausus est in textum recipere.

Secundus in nota ad Herodot. additur locus I, 145, 2. *ἐν τῇ Κρᾶθις ποταμὸς ἀέναός ἐστι, ἀπ' ὅτου ὁ ἐν Ἰταλίῃ ποταμὸς τὸ οὔνομα ἔσχε.* Ita nunc scribitur in recentioribus editionibus, Reiz. Schweigh. Gaisf., idque diserte confirmat cod. F. ap. Schweigh. Matthiae vero reduxit, quod a Stephano inde editiones occuparat *ἀπὸ τοῦ.* Ex Aldina vero et cod. *a.* citatur *ἀπό τοι.*

Tertius in grammatica laudatur locus III, 115, 2. *Ἠριδανὸν .... ποταμὸν ... ἀπ' ὅτευ το ἤλεκτρον φοιτᾶν λόγος ἐστί.* Etiam hic ante Reizium ubique scribebatur *ἀπό τευ,* quod omnes codd. tenere videntur. Matthiae jam audacior factus solus, quod sciam, *ἀπὸ τοῦ* edidit.

His jam unum praeterea locum adjiciam, qui Matthiaei sententiam confirmare videtur, IV, 23, 3. *ποντικὸν μὲν οὔνομα τῷ δενδρέῳ, ἀπὸ τοῦ ζῶσι.* Ibi nusquam neque *ἀπό του* neque *ἀπ' ὅτου* scribitur, sed vel *ἀπὸ τοῦ,* vel *ἀπ' οὗ.* Illud habent Schweigh. Gaisf. Matth. cum duobus codd. Hoc vero Steph. Reiz. *) cum aliis codd. Utrum verum sit, postea videbimus. — De alio loco, IV, 45, 4. statim dicetur.

In his itaque quatuor locis Matthiae *ἀπὸ τοῦ* pro *ἀπ' ὅτου* sive *ἀπ' ὅτευ* unice probavit, idque propterea, quod dubitabat, an *ὅςτις* de certo homine usurpetur. Hoc dubium proposuerat jam in editione hymnorum Homericorum ad III, 158. Breviter tum ad eundem locum respondit Hermannus: „Idem „Matthiae cum negaret *ὅςτις* apud antiquos poëtas simpliciter „poni pro pronomine relativo, non meminit Iliad. XXIII, 43.“ Sed hunc Homeri locum ad refellendam Matthiaei sententiam propter additum *γέ* non valere, Blomfieldio ad Aeschyl. Prom. 362 visum est. Quod quo spectet, doctissimus Anglus tacuit, nec mihi successit, causam investigare, cur *ὅςτις γε* ad certum quendam hominem aut deum, ut h. l. referri possit, quando *ὅςτις* hoc nequeat. Multo tamen magis mihi mirum accidit ex quo fonte hanc versus Homerici scripturam Blomfieldius hauserit. Nam in nostris editionibus, quotquot inspicere mihi licuit, scribitur

οὐ μὰ Ζῆν', ὅστις τε θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος,

neque Heynius ex ditissimis copiis quicquam varietatis attulit. Blomfieldius vero, hoc Homeri loco rejecto, alios attulit sex, ubi *ὅςτις* simpliciter pro pronomine relativo ponatur. Interea ante Blomfieldium Hermannus ad Soph. Oed. Tyr. 688. subtiliter de significatione pronominum *ὅς, ὅς γε, ὅςτις* et *ὅςτε* disseruerat, unde quae ad quaestionem a nobis hic propositam pertinent, repetam:

„*Ὅςτις* est qui, scilicet aliquis i. e. aliquis, qui. Hinc primo „significat quicumque. Deinde quum reddendae rationi adhibetur, non, ut „*ὅς γε,* restringit sed dilatat rem: non te ego aversor, aliquem, qui

*) Reiziana editio, qua utor, anni 1825, Schäferi V. D. curas experta est. Exemplar primae editionis nancisci non potui.

„afflictam remp. restituat. Ὦ φῶς, τελευταῖόν σε προςβλέψαιμι νῦν, ὅςτις „πέφασμαι φύς τ' ἀφ' ὧν οὐ χρῆν. Postremum te adspiciam, aliquis, „qui tanta patravit flagitia. Id plane exprimitur Latino ut qui. Ὅςτε „proprie significat quique, quod non plane idem est ut καὶ ὅς et qui. Nam „καὶ atque et conjungunt ea etc. ..... In reddenda autem ratione ὅςτε, for-„tius indicata significatione, est qui, omnino, i. e. qui, quoquo modo „rem spectes. Eadem, qua Graeci, lenitate nos, der da, quod nunc par-„cius, quam a maioribus nostris, usurpatur etc. etc."

Hinc vero patet, non negare Hermannum, pronomen ὅςτις ad certam personam referri posse, sed negare eum, simplicem hanc esse relationem; inservire enim reddendae rationi, quemadmodum Latinorum ut qui. Dolemus vero, quod idem V. D., cum haec scriberet, loci Homerici, quo ad hymnum Homericum adversus Matthiaeum usus erat, immemor fuit. Significet itaque apud Graecos ὅς τε, quod nos dicimus der da; num in versu Iliadis ὅςτις τε aliter explicari possit? Quod si in hoc verborum nexu ὅςτις τε pro ὅς τε aperte usurpatum est, cur negemus, ὅςτις alibi quoque, non addito τέ, etsi non ita frequenter, pro simplici ὅς poni potuisse? Sed magis etiam dolendum videtur, quod Hermannus in iterata dramatis Sophoclei editione, quae anno 1823 prodiit, exempla a Blomf. allata sub examen vocare dedignatus est.

Audiamus itaque Matthiaei verba in nota ad Hippolyt. v. 900 *) „nec-„dum mihi ὅστις idem esse videtur quod ὅς. Ubique enim verti potest, ali-„quis qui, ut statim infra 940. etiam in locis a Blomfield. allatis ad Aesch. „Prom. 865. [imo 362]. Vid. quae monui ad Hom. h. in Ven. 157. et Her-„manni notam ad Soph. Oed. T. 688 in Erfurdt. min." In eo itaque Matthiaeo cum Hermanno convenit, ὅςτις esse aliquis, qui; sed non addit, utrum hoc diversum statuat ab ut qui, an ita quoque accipi posse concedat. Nam Hermanni quidem verba plana sunt, ὅςτις, aliquis qui, ut qui ad certam personam referri posse, sed in ratione reddenda, ita ut eum usum excipere videatur V. D., quo ad certam personam relatum simpliciter membra conjungit. Sed ut ad Matthiaeum revertar, utinam omnium a Blomf. allatorum locorum explicationem adjecisset! Sunt vero hi: Euripid. Alcest. 246. καὶ τάςδε τύχας λεύσσων βασιλέως, ὅςτις ἀρίστης ἀπλακὼν ἀλόχου τῆςδ' ἀβίωτον τὸν ἔπειτα χρόνον βιοτεύσει. Sane ad certam personam, Admetum, chori verba referuntur, ubi quomodo Latine dici possit regis, alicujus, qui non video; sed ut qui locum habere posse non nego. Reddit enim causam, cur post infortunium regis de felicibus nuptiis in posterum desperet. — Eurip. Hippolyt. 947. (940 Matth.) σκέψασθε δ' ἐς τόνδ', ὅςτις ἐξ ἐμοῦ γεγὼς ᾔσχυνε τἀμὰ λέκτρα. Thesei sunt verba de Hippolyto, ubi eadem valent, quae antea dixi. Et tamen simplex qui mihi melius hic convenire videtur, quam ut qui. — Sophocl. Ajac. 1299 (1286 Lob.) ἐκ πατρὸς μέν εἰμι Τελαμῶνος γεγώς, ὅςτις στρατοῦ τὰ πρῶτ' ἀριστεύσας ἐμὴν ἴσχει ξύνευνον μητέρα. Hic saltem

*) Brevius eadem repetiit ad Bacch. 103. „Mihi quoque locus mendosus videtur, quia ὅστις an pro ὅς usurpetur dubito."

neque aliquis qui, neque ut qui locum habet. — Locum Leonidae, quem jam ex Anthol. III, 22, 38. laudat, conferre non possum. Sed quid clarius esse potest duobus locis Callimachi, quos in fine notae Blomf. apposuit? hymn. Apoll. 22. *καὶ μὲν ὁ δακρυόεις ἀναβάλλεται ἄλγεα πέτρος, ὅςτις ἐνὶ Φρυγίῃ διερὸς λίθος ἐστήρικται*, et hymn. Del. 156. *οὐδ᾽ ἥτις Κέρκυρα φιλοξεινωτάτη ἄλλων.* — Matthiaeum, ut vidimus, exempla haec non permoverunt, ut sententiam mutaret; eadem tamen Bothio sufficere visa sunt, idque, ni fallimur, summo jure. Haec enim Bothii ad eundem locum Euripid. Phoen. 900 (857 Both.) est annotatio: „De *ὅστις* pro *ὅς* dicto cf. imprimis Blomfield. „ad Aeschyl. Prom. 362. Vid. etiam index v. *ὅστις*." In hoc indice hos praeterea locos ex Euripidis tragoediis allatos videmus: Orest. 272. (276 Matth.) *Λοξίᾳ δὲ μέμφομαι, ὅςτις μ᾽ ἐπάρας ἔργον ἀνοσιώτατον τοῖς μὲν λόγοις εὔφρανε*, ubi ut qui verti posse pronomen *ὅςτις* in oculos incurrit. — Ibid. 421. (428. Matth.) *πῶς, οἵτινες ζῆν οὐκ ἐῶσ᾽ ἡμᾶς ἔτι;* ubi vix aliter, quam pro simplice *οἵ* vocabulum accipi posse, ni subtilitatem poëtae inferre velis, quam ipse non agnoscet, nemo facile dubitabit. — ibid. 477. (484 Matth.) *τούτου τίς ἀνδρῶν ἐγένετ᾽ ἀσυνετώτερος, ὅςτις τὸ μὲν δίκαιον οὐκ ἐσκέψατο.* Neque hic refragabor, si quis sententiae convenienter *ὅςτις* per ut qui reddi posse contendat. Quos duos praeterea locos Bothius affert Hippolyt. 857. (900 *M.*) et Bacch. 96. (103 *M.*), ii et propter scripturae insignem varietatem huc non pertinent, et supra jam allati sunt.

Sic ex aliorum copiis dubiam quasi coenam (liceat hoc vocabulo detorta significatione uti) lectori apposuimus. Vidimus, qui *ὅςτις* ad certam quandam personam unquam referri prorsus negaret; vidimus, qui, ut ex exemplis ab ipso allatis patet, hanc ad certam personam relationem concederet, ita tamen ut *ὅςτις* non pro simplice *ὅς* poni posset, sed in reddenda ratione rem dilataret, ut per ut qui Latine exprimi posset; vidimus vero etiam exempla, ubi aliis, qui *ὅςτις* pro simplice *ὅς* dictum esse contenderunt, ex nostra quidem sententia nihil responderi potest. Ne tamen ipsi ad hanc coenam prorsus *ἀσύμβολοι* accedamus, age, exempla nonnulla afferamus, ex quibus *ὅςτις* pro simplice *ὅς* vel ab antiquissimis scriptoribus usurpatum esse, demonstrari posse confidimus. Quare nolo afferre Soph. Aj. 1044. Lob. *ὅςτις στρατῷ ξύμπαντι βουλεύσας φόνον νύκτωρ ἐπεστράτευσεν, ὥς ἕλοι δορί.* De certa utique persona, Ajace, Menelaus loquitur; sed cum causam reddat, cur eum *ἐχθίω Φρυγῶν* repererint, *ὅςτις* bene Latine per ut qui exprimi potest. Atque similiter ad certam personam referuntur loci, quos nunc ex ipso Herodoto dabimus, ita tamen ut significationem ut qui huic pronomini in iis tribui posse non negemus. VI, 12, 3. *τίνα δαιμόνων παραβάντες τάδε ἀναπίμπλαμεν, οἵτινες παραφρονήσαντες .... ἀνδρὶ Φωκαέϊ ... ἐπιτρέψαντες ἡμέας αὐτοὺς ἔχομεν.* VI, 121, 1. *οὐκ ἐνδέκομαι τὸν λόγον, Ἀλκμαιωνίδας ... ἀναδέξαι ἀσπίδα, βουλομένους ὑπὸ βαρβάροισι εἶναι ... οἵτινες μᾶλλον ἢ ὁμοίως Καλλίῃ ... φαίνονται μισοτύραννοι ἐόντες.* VII, 99, 1. *Ἀρτεμισίης — μάλιστα θῶυμα ποιεῦμαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατευσαμένης, γυναικός, ἥτις ἀποθανόντος τοῦ ἀνδρὸς ... ὑπὸ λήματος τε καὶ ἀνδρηΐης ἐστρατεύετο.* VIII, 142, 4. *αἰτίους γενέσθαι δουλοσύνης τοῖσι Ἕλλησι Ἀθηναίους οὐδαμῶς ἀνασχετόν, οἵτινες αἰεὶ καὶ τὸ*

πάλαι φαίνεσθε πολλοὺς ἐλευθερώσαντες ἀνθρώπους. IX, 27, 7. *ἀλλὰ καὶ ἀπό τοῦ ἐν Μαραθῶνι ἔργου ἄξιοί εἰμεν τοῦτο τὸ γέρας ἔχειν ... οἵτινες μοῦνοι Ἑλλήνων δὴ μουνομαχήσαντες τῷ Πέρσῃ ... περιεγενόμεθα καὶ ἐνικήσαμεν*

Longe vero aliter res se habet in duobus Homeri locis, itemque Herodoti pluribus. Odyss. XVII, 52. sqq.

αὐτὰρ ἐγὼν ἀγορὴν ἐςελεύσομαι, ὄφρα καλέσσω
ξεῖνον, ὅτις μοι κεῖθεν ἅμ' ἕσπετο δεῦρο κιόντι·
τὸν μὲν ἐγὼ προὔπεμψα σὺν ἀντιθέοις ἑτάροισιν·
Πείραιον δέ μιν ἠνώγεα προτὶ οἶκον ἄγοντα
ἐνδυκέως φιλέειν καὶ τιέμεν, εἰςόκεν ἔλθω.

Jam si quis contulerit Odyss. XV, 529 — 546, neque quicunque neque ut qui hic locum habere posse confitebitur, sed Telemachum simpliciter narrare, se hospitem advocaturum esse, qui cum ipso advenerit. — Alter Homeri locus est Odyss. II, 124.

ὄφρα κε κείνη τοῦτον ἔχῃ νόον, ὅντινά οἱ νῦν
ἐν στήθεσσι τιθεῖσι θεοί.

Verba sunt Antinoi ad Telemachum de Penelope, deque hujus consilio, quod nunc habet, procos eludendi, ubi et ipsa res et praemissum *τοῦτον* et ipsum *νῦν* impediunt, quominus aliter *ὅςτις* accipi possit, ac diximus. — Accedunt jam, ut dixi, plures Herodoti loci, in quorum primo miror, Matthiaeum in ea lectione, quam elegit, acquievisse. Is est locus, de quo me statim dicturum esse, jam antea professus sum, IV, 45, 4. Ibi nunc in editt. Schweigh. Gaisf. Matth. legitur: *φάμενοι ἐπὶ Ἀσίεω, τοῦ Κότυος, τοῦ Μάνεω κεκλῆσθαι τὴν Ἀσίην ..... ἀπ' ὅτευ καὶ τὴν ἐν Σάρδισι φυλὴν κεκλῆσθαι Ἀσιάδα.* Atque sic Reizium in prima editione dedisse apparet ex epistola ad Garvium pag. XIII. Veteres editiones, ut Steph., usque ad Reizianam et codicum pars major, ut videtur, (nam ex solo F. diserte affertur) solenni more praebent *ἀπό τευ;* sed *ἀπ' ὅτευ* confirmatur ab eodem illo cod. *a*, qui I, 7, 4. idem dederat. Hic quae causa Matthiaeum impedierit, ne *ἀπὸ τοῦ* scriberet, divinare nequeo. Sed est alia praeterea lectio memorabilis in cod. S. (quem Wessel. et Schweigh. Arch. vocant), a Schaefero in editionem Reizianam illata, *ἐπ' ὅτευ*, quod sane non ita facile ex *ἐπὶ τοῦ* depravari potuit. Ceterum utrum *ἀπ' ὅτευ* an *ἐπ' ὅτευ* Herodotus scripserit, non definio. In initio hujus capitis legitur *οὐδ' ἔχω συμβαλέσθαι, ἐπ' ὅτευ μιῇ ἐούσῃ γῇ οὐνόματα τριφάσια κέεται;* sed ibi recte in interrogatione obliqua *ἐπ' ὅτευ* ponitur, ita ut ab *ἐπὶ τεῦ* non differat *). Verum *καλεῖσθαι, ὄνομα ἔχειν, ἀπό τινος* et *ἐπί τινος* sine discrimine dicitur. *Ἀπό* jam in duobus locis Herodoti I, 7, 4. 145, 2. vidimus, et statim in hujus capitis sect. 5. recurret: *εἰ μὴ ἀπὸ τῆς Τυρίης φήσομεν Εὐρώπης λαβεῖν τὸ οὔνομα τὴν χώρην.* Praepositio *ἐπί* vero quater aut quinquies deinceps in eo loco repetitur, de quo nunc agimus, ita tamen, ut *ἀπό* quoque in libris manuscriptis appareat: *ἡ δὴ γὰρ Λιβύη μὲν ἐπὶ (ἀπό* tres codd. et editt. Ald. Steph.) *Λιβύης λέγεται ὑπὸ τῶν πολλῶν Ἑλλήνων*

---

*) Hinc Hesychius, ab editoribus citatus, *ἐπότευ: διατί· ἢ ἐπὶ τίνος.*

ἔχειν τὸ οὔνομα γυναικὸς αὐτόχθονος· ἡ δὲ Ἀσίη ἐπὶ (*ἀπό* iidem codd. et edd.) *). *τῆς Προμηθέος γυναικὸς τὴν ἐπωνυμίην καὶ τούτου μὲν μεταλαμβάνονται τοῦ οὐνόματος Λυδοὶ φάμενοι ἐπὶ* (*ἀπό* iid.) *Ἀσίεω, τοῦ Κότυος, τοῦ Μάνεω, κεκλῆσθαι τὴν Ἀσίην, ἀλλ᾽ οὐκ ἐπὶ* (*ἀπό* iid.). *τῆς Προμηθέος Ἀσίης· ἀπ᾽ ὅτευ* (sic, aut *ἀπό τευ*, ut vidimus, omnes praeter F.) *καὶ τὴν ἐν Σάρδισι φυλὴν κεκλῆσθαι Ἀσιάδα.*

Accedat nunc Herodoti locus VI, 13, 4. *Ὁ δὲ Αἰάκης, παρ᾽ ὅτευ τοὺς λόγους ἐδέκοντο οἱ Σάμιοι, παῖς μὲν ἦν Συλοσῶντος.* Sic omnes editiones et major pars codd. neque Matthiae controversiam huic lectioni movere conatus est, quod tamen facile potuisset, cum in tribus manuscriptis *παρ᾽ οὗ* occurrat.

Hi duo Herodoti loci, quos attulimus, propter ipsam scripturae varietatem et quoniam mutatio, si qua necessaria nonnullis videatur, non nimis audax sit, litem sane non diriment. Sed nunc alios praeterea afferam, quos alia ratione explicari posse, quam ut *ὅςτις* pro simplice *ὅς* positum concedamus, nemini spero in mentem veniet. I, 167, 4. *ἐκτήσαντο πόλιν γῆς τῆς Οἰνωτρίης ταύτην, ἥτις νῦν Ὑέλη καλέεται.* Similiter II, 99, 7. *πόλιν κτίσαι ταύτην, ἥτις νῦν Μέμφις καλέεται.* II, 100, 3. *τῇ δὲ γυναικὶ οὔνομα ἦν, ἥτις ἐβασίλευσε, τόπερ τῇ Βαβυλωνίῃ Νίτωκρις.* II, 151, 4. *οἱ δὲ ἐν φρενὶ λαβόντες . . . τὸ χρηστήριον, ὅ τι ἐκέχρητό σφι.* . IV, 8, 2. *ἀπικέσθαι ἐς γῆν ταύτην . . . ἥντινα νῦν Σκύθαι νέμονται.* IV, 41, 3. *κάρτα πλατέα τυγχάνει ἐοῦσα ἡ ἀκτὴ, ἥτις Λιβύη κέκληται.* IV, 45, 6. *ἀπικομένη ἐς τὴν γῆν ταύτην, ἥτις νῦν ὑπ᾽ Ἑλλήνων Εὐρώπη καλέεται.* VI, 47, 1. *κτίσαντες τὴν νῆσον ταύτην, ἥτις νῦν ἐπὶ τοῦ Θάσου τούτου τοῦ Φοίνικος τὸ οὔνομα ἔσχε.* VI, 123, 1. *οὐ προςίεμαι τὴν διαβολὴν, τούτους γε ἀναδέξαι ἀσπίδα, οἵτινες ἔφευγον τὸν πάντα χρόνον τοὺς τυράννους.* Simillimus hic locus est ei, quem supra pag. 4. e VI, 121, 1. attulimus; sed praegressum *τούτους* non patitur, ut *οἵτινες* ut qui significare possit. Et sic vereor, ne in omnibus iis locis, ubi hanc significationem obtinere posse diximus, Hermanni sententiae plus tribuerimus, quam par est. VII, 196, 3. *οὐδὲ ὅςτις ὁ μέγιστος αὐτῶν ἐστι Ἠπιδανὸς, οὐδὲ οὗτος ἀντέσχε εἰ μὴ φλαύρως;* ubi duo codd. non minus bene *ὅςπερ*.

Haec si omnia nondum pervicerunt, ut *ὅςτις* pro simplice *ὅς* dictum esse apud veteres concedatur, age aliam praeterea causam uberius explicemus, qua allata de eo, quod contendimus, omnibus persuasum iri confidimus. Ea vero solum Herodotum spectat. Monstrabimus enim, aliena esse ab Herodoti dialecto *ἀπὸ τοῦ, ἐπὶ τοῦ, παρὰ τοῦ*, sed dici debere aut *ἀπ᾽ ὅτευ, ἐπ᾽ ὅτευ, παρ᾽ ὅτευ* aut *ἀπ᾽ οὗ, ἐπ᾽ οὗ, παρ᾽ οὗ;* atque in duobus locis IV, 23, 3. et VI, 13, 4. ita variare codd. jam notavimus. Neque quicquam proficitur ad de-

---

*) Gaisf. quidem ex solo cod. S., quem ipse denuo contulit, hic et bis postea hanc varietatem affert, semel postea Aldinam commemorare contentus. Sed et duos reliquos codd. V. et A. et editionem Ald. ubique sic habere, patet ex Schweigh. nota, ubi primum hic lectionis dissensus notatur. Ibi enim diserte additum est: et mox semel iterumque. Et Steph. in omnibus quinque locis *ἀπό* dat, ut inspicienti mihi patuit.

fendenda ista *ἀπὸ, ἐπὶ, παρὰ τοῦ*, aliis a Matthiaeo allatis exemplis, *ἐκ τῶν, ἐν τῷ*. De *ἐκ τῶν* postea separatim dicemus; *ἐν τῷ* autem aliter dici non posse in hoc verborum contextu, eadem demonstratio docebit, quae *παρὰ τοῦ* et similia damnanda esse monstrabit. — Primo itaque loco de pronomine *ὅς*, ejusque variis apud Herodotum formis dicemus; tum de *ὅςτις*.

Pronominis *ὅς* una tantum in casibus rectis apud Herodotum forma est, duplex in casibus obliquis, quarum altera a consonante *τ*, altera ab aspero spiritu incipit. Quod ut demonstremus, necesse mihi quidem videtur, idque non solum in hac disquisitione, sed in omnibus similibus, ut o m n e s ejus scriptoris, de cujus usu quaestio instituitur, loci afferantur, non solum ii, qui ei, quod volumus, patrocinantur, sed etiam, qui contrariam sententiam tueri videntur. Nam saepissime fieri potest, ut numero locorum, undecunque collectorum, aliquid affirmare posse tibi videaris, neglecto numero longe majore eorum locorum, qui contrariam sententiam tuentur. Jam si videmus, scriptorem sexcenties certo quodam modo locutum esse, quater vero aut quinquies alio modo, si causa nulla inveniri potest, cur ita variare voluerit, quin verba corrigenda sint, vix dubium esse potest, imprimis ubi aliae criticae rationes accedunt.

Diximus, unam tantum esse apud Herodotum pronominis relativi in casibus rectis formam. Ea est *ὅς, ἥ, τό*, et in plurali numero *οἵ, αἵ, τά*.

Ὅς.

I, 6, 1. — 18, 2. — 25, 2. — 26, 1. — 29, 2. — 32, 15. — 33. — 34, 1. — 36, 3. 45, 3. — 59, 4. — 62, 5. — 72, 2. — 73, 3. — 77, 4. — 80, 1. — 89, 3. — 91, 2. — 92, 3. 94, 9. — 102, 1. — 111, 8. — 136, 1. — 138, 2. — 170, 1. 3. — 185, 2. — 200, 3. — 210, 2.

II, 10, 4. — 22, 1. — 65, 7. — 79, 2. (*ὅςπερ.*) 90, 1. — 99, 5. — 115, 4. — 121, 1. 14. 28. — 128, 2. — 134, 4. — 152, 1. — 158, 1. — 161, 2.

III, 1, 2. (bis) 8. — 4, 5. — 14, 12. — 15, 3. — 30, 5. — 31, 5. — 36, 4. — 37, 3. — 39, 1. — 43, 1. — 50, 3. — 52, 1. 3. — 55, 3. — 64, 1. — 68, 2. (*ὡς οὐκ εἴη ὁ Κύρου Σμέρδις, ἀλλ᾽ ὅςπερ ἦν.* ubi cod. S. sive Arch. *ὅπερ*, quod non praeferendum esse quivis facile videt. Si quis vero hoc pro genuino habeat, tum non adversatur, quod ex nostra sententia *ἀλλὰ τόπερ* scribendum videri possit, qua de re versus finem hujus speciminis sermo erit, ubi exempla accusativi *ἥντινα* afferentur.) — 72, 9. (bis) — 74, 1. — 81, 3. — 99, 2. — 100, 2. — 119, 7. — 120, 4. — 122, 3. — 123, 1. (bis) — 126, 2. — 127, 5. — 130, 6. — 134, 10. — 140, 9. — 148, 4. — 153, 1. 3. — 160, 4. (bis) —

IV, 7, 3. — 9, 8. — 23, 8. — 42, 4. — 44, 1. (bis) — 51, 1. — 53, 1. 2. — 55. — 57, 1. — 64, 4. — 68, 1. (bis) — 74, 2. — 81, 4. 5. — 92, 1. (edit. Lips. Gaisford. in varr. lectt. habet, *οἳ δὴ διά*, quod merum est vitium pro *ὃς δὴ διά*) — 99, 6. — 100, 1. — 151, 3. — 154, 2. — 160, 1. — 162, 4. — 165, 2. — 166, 1.

V, 47, 1. — 66, 2. (*ὅςπερ*) — 67, 6. — 91, 3. — 92, 30. — 94, 2. — 98, 2. — 101, 3. — 113, 3. (*ὅςπερ*) — 118, 1. 2. — 124, 1.

VI, 2, 1. — 28, 4. — 34, 3. — 50, 2. — 58, 6. — 76, 2. — 86, 8. — 124, 2. — 127, 1. 3. — 136, 1.

VII, 5, 2. — 8, 14. — 9, 1. — 18, 1. 7. — 26, 2. 3. — 27, 3. (bis) — 33, 2. — 39, 2. — 43, 1. — 46, 1. — 52, 1. — 74, 3. — 78, 2. — 80, 2. — 107, 2. — 108, 4. — 120, 1.

— 123, 3. — 124, 3 — 135, 2. — 137, 3. — 153, 2. — 154, 1. 2, (sed loco corrupto) — 164, 2. — 165, 2. — 170, 6. (ὅςπερ) — 181, 1. — 190, 1. — 195, 1. — 197, 2. — 198, 5. — 200, 1. — 205, 3. — 221, 1. — 224, 4. — 236, 2.

VIII, 8, 1. — 17, 2. — 42, 3. (ὅςπερ) — 75, 3. — 93, 1. 3. — 105, 1. — 109, 4. (bis) — 114, 2. — 116, 1.

IX, 3, 2. — 12, 2. — 41, 1. — 44, 3. — 45, 6. — 64, 2. — 71, 4. 5. — 72, 1. — 76, 5. — 78, 1. — 82, 4. — 93, 1. — 96, 3. — 115, 1. — 116, 2. 4.

Ἡ.

I, 26, 3. — 32, 13. — 165, 3. — 196, 3.

II *), 21. — 70, 1. — 88. — 111, 5.

III, 5, 1. (loco suspecto) — 79, 3. — 84, 1. — 88, 4. — 149.

IV, 3, 2. (ἥπερ) — 51, 1. — 52, 3. — 57, 1. — 86, 5. — 160, 1. — 162, 5. — 168, 3. — 176. — 204, 2. (ἥπερ)

V, 5, 2.

VI, 131, 3.

VII, 43, 3. (ἥπερ) — 54, 2. — 83, 3. (ἥπερ) — 173, 2. (ἥπερ)

VIII, 28, 2. — 31, 2. (ἥπερ) — 62, 2. (ἥπερ) — 82, 1. (ἥπερ) — 83, 3. — 87, 3. — 92, 1. (ἥπερ) — 121, 2. (ἥπερ)

IX, 76, 1.

Τό **).

I, 1, 4. (ubi sex codd. in his praestantissimi ὅ habent.) ***) — 31, 7. — 69, 4. — 80, 1. — 133, 5. — 139, 1. — 174, 2. — 191, 1. — 194, 1.

II, 17, 4. (ubi alii τό omittunt; cf. antea ad ἥ). 5. — 29, 5. — 91, 4. — 100, 3. (τόπερ) — 112, 3. — 135, 4. — 181, 7.

III, 91, 3. — 142, 2.

IV, 20, 2. — 82, 2. — 85, 3. 4. — 129, 1. — 134, 7. — 162, 4. — 166, 1. — 181, 5.

V, 89, 4. — 111, 4.

VI, 37, 3. (loco suspecto) — 119, 2.

VII, 8, 13. — 10, 4. — 17, 2. — 59, 1. — 123, 1. — 162, 3. — 199, 2. — 209, 6.

VIII, 40, 2. — 87, 3. — 90, 6. — 96, 2.

IX, 60, 2.

Οἵ.

---

*) II, 17, 4. καὶ ἡ μὲν πρὸς ἠῶ τρέπεται, τὸ καλέεται Πηλούσιον στόμα. Quatuor codd. et edit. Ald. (etiam Steph.) omittunt τό, et scribunt ἣ μέν. Sed cf. statim 5.

**) Hic nonnunquam locum habere potest, ut utrum primum an quartum casum positum dicas, in ambiguo sit. Cum enim aeque bene dicatur οὗτοι ἐπαινετέοι εἰσίν et τούτους ἐπαινετέον ἐστίν, utrum casum in ὃ ἐπαινετέον ἐστίν agnoscas, nunquam dijudicabis.

***) Hos sex codices ita citat Gaisf. M. R. F. S. a. d. — verum in indice manuscriptorum, quem tomo primo jam praefixum in tertio tomo repetiit, oblitus est monere, quisnam ille sit cod. R., ut ei, qui Wesselingium vel Schweighäuserum conferre nequeat, in tenebris micandum sit. Sed multa alia signa negligentiae hic editor dedit, nimis laudatus ab Apetzio ad II, 87. pag. 289.

Οἵ.

I, 29, 1. — 31, 7. — 51, 3. — 57, 1. 2. — 59, 5. 6. — 60, 6. — 71, 3. 5. — 89, 4. 102, 4. — 103, 5. — 120, 1. — 128, 2. — 145, 3. — 156, 3. — 165, 6. — 171, 6. (οἵπερ) — 184, 1. — 185, 3. — 191, 6. (οἵπερ) — 207, 2.

II, 2, 3. — 14, 3. — 15, 1. — 16, 1. — 18, 3. — 20, 5. — 33, 5. — 44, 4 6. — 62, 3. — 74, 1. — 77, 1. — 86, 1. — 92, 9. — 93, 6. (bis) — 123, 3. — 135, 5. — 145, 1. — 152, 1. — 162, 8.

III, 14, 9. — 21, 6. — 38, 6. — 39, 6. — 45, 3. — 77, 2. — 81, 3. — 97, 2. — 102, 1. — 107, 3. (οἵπερ) — 117, 5. (οἵπερ) — 132, 2. — 134, 11. — 158, 3. (bis)

IV, 3, 1. — 6. (ter.) — 17, 1. 3. — 21, 1. — 24, 3. — 25, 2. — 33, 3. — 36, 3 — 43, 5. — 49, 5. — 51, 2. — 67, 1. — 68, 1. — 71, 3. — 97, 3. (οἵπερ) — 128, 2. — 168, 1. — 172, 1. — 174. — 175, 1. — 177, 1. — 183, 1. — 184, 1. — 191, 1.

V, 12, 2. — 17, 1. — 23, 3. — 46, 2. — 49, 9. — 58, 2. — 65, 4. — 71, 3. (οἵπερ) — 85, 1. — 99, 1. — 102, 4. — 119, 3.

VI, 8, 1. (alii ὅσοι) — 9, 2. — 21, 1. — 39, 1. — 42, 3. — 65, 5. — 73, 2. (οἵπερ) — 100, 3. — 119, 5. — 124, 1.

VII, 8, 9. 11. — 9, 3. — 10, 4. — 11, 3. — 20, 3. — 37, 1. — 81, 1. (οἵπερ) 2. (οἵπερ) — 85, 1. — 103, 4. 8. — 104, 2. 4. — 127, 1. — 143, 5. — 168, 1. (οἵπερ) — 170, 5. — 181, 2. (οἵπερ) — 190, 1. — 222, 2.

VIII, 17, 1. — 24, 4. — 26, 5. — 47, 1. 2. — 51, 2. — 56, 2. — 68, 4. 9. — 83, 1. — 95, 2. (bis) — 100, 3. — 106, 4. — 109, 4. — 110, 4. — 112, 2. — 122, 2. — 124, 4. (οἵπερ) — 128, 4. — 132, 1. 2. (bis)

IX, 2, 2. (οἵπερ) — 31, 6. — 32, 2. (οἵπερ) — 39, 3. — 40, 2. — 80, 3. — 86, 1. 106, 5.

Αἵ.

I, 200, 2.
II, 131, 3. — 142, 3. — 182, 2.
III, 24, 1.
V, 77, 5. (αἵπερ) — 108, 4.
VII, 22, 6.
IX, 39, 2. — 104, 3.

Τά.

I, 5, 6. (bis) — 22, 2. — 32, 2. — 52. — 98, 5. — 120, 6. — 177, 2. — 183, 5.

II, 2, 6. (τάπερ) — 3, 4. — 51, 6. — 94, 2. — 160, 3.

III, 16, 7. (loco dubio, cum pro τὰ μέλλοι plurimi τὰ μέλλοντα habeant, ut sit articulus) — 72, 3. (bis) — 113, 1. — 160, 3.

IV, 14, 6. — 31, 4. — 139, 1. — 140, 3. — 195, 3.

V, 92, 17.

VI, 9, 5. (τάπερ) — 41, 5.

VII, 8, 14. — 10, 11. — 144, 2. — 168, 5. (τάπερ)

VIII, 23, 2. — 101, 2. — 109, 6. (τάπερ) — 136, 3. (τάπερ)

IX, 27, 2. — 32, 1. — 56, 1. — 66, 2. — 93, 1. — 113, 2. (τάπερ)

Jam si calculos recte subduximus, sunt quadringenti nonaginta et tres loci, in quibus nostrae editiones eam formam tuentur, quam Herodoto legitimam diximus; atque, quod maximi in hac quaestione momenti est, in omnibus his locis omnes libri et scripti et editi, praeterquam in uno, conspirant. Nusquam inventum est *τοί, ταί, ἅ*; in uno tantum, ut diximus, pro recepto *τό*, codices nonnullos habere *ὅ* vidimus; sed non valuerunt ut justam Herodoto scripturam eriperent. Aliae quidem exstant nonnunquam deflexiones; ut *ὅσοι* pro *οἵ*, aut in omissis parvis his voculis commissae, sed quae ad nostram quaestionem nihil faciunt. Quinque vero sunt loci, in quibus etiamnum editiones contra hanc legem peccant, in quorum tribus codd. tamen praesentissimum auxilium afferunt: II, 51, 4. *τὴν γὰρ Σαμοθρηΐκην οἴκεον πρότερον Πελασγοὶ οὗτοι, τοίπερ Ἀθηναίοισι σύνοικοι ἐγένοντο.* In *τοίπερ* conspirant omnes editiones, cum duobus codd. sed *οἵπερ* praebent sex codd., in his optimus quisque (S. a.) Consulto vero antea in recensu singulorum locorum breviter eos indicavimus, ubi non simplex relativum occurrit, sed enclitica *πέρ* additur, ne quis credat, hanc ad formam mutandam valere, quod in composito *ὅςτις* aliter se habet. Et ne quis objiciat, cum ad positionem verborum quoque respici debeat, ut postea in casibus obliquis videbimus, defendi *τοίπερ* forsan, cum proxime praecedat *οὗτοι*, breviter haec exempla afferam: II, 152, 1. *Αἰγυπτίων οὗτοι, οἳ ἐκ νομοῦ τοῦ Σαΐτεώ εἰσι.* III, 107, 3. *οὗτοι, οἵπερ.* IV, 97, 3. *τούτους, οἵπερ.* VIII, 124, 4. *οὗτοι, οἵπερ.* In posterum itaque *οἵπερ* Herodoto reddendum erit, neque Schweighäuseri auctoritas obstabit, qui *οἵπερ*, a sex adeo codd., ut vidimus, oblatum respuit propter ionismum neglectum. At vero non solum contra veteres librarios, sed etiam contra recentissimum quemque editorem ea valent, quae Matthiae et Apetzius non semel in brevibus notis, quibus Herodoti editionem ornarunt, de grammaticis *ὑπεριωνίζουσι* monuerunt. cf. ad I, 68. pag. 286. II, 121. p. 290. V, 42. p. 292. V, 59. p. 293. Ex multis enim aliis argumentis, quae tamen exponere non hujus est loci, demonstrari potest, librariorum quorundam studium fuisse, ut dictionem Herodoteam epicae similiorem redderent, cui studio nimis editores obtemperarunt, discrimine non animadverso, quod maximum inter Herodoti dialectum et epicam intercedit, longe illud majus, quam vulgo opinantur. His praemissis, de reliquis Herodoti locis breviores esse possumus. VIII, 129, 4. *ἠσέβησαν οὗτοι τῶν Περσέων, τοίπερ καὶ διεφθάρησαν.* Codices diligentius collati sex *οἵπερ* *) praebent; qui *τοίπερ* tueantur, non ab editoribus allatum est; forsan ad hos M. referendus est, si ex silentio Gronovii conjectura capi potest. — VII, 53, 5. *ἐπευξάμενοι τοῖσι θεοῖσι, τοὶ Περσίδα γῆν λελόγχασι.* Editiones habent *τοί*; codices, qui hoc praebeant, silentur. Sed septem codd. genuinum *οἵ* habent. **) — De his tribus locis itaque controversia nulla moveri potest, codicibus

---

*) Vitium typographicum apud. Schweigh. *ἅπερ* tacite correxit Gaisf.

**) Quid quod articulum adeo *οἱ*, toties recurrentem, uno loco in *τοί* deformarunt editores. VIII, 68, 3. *τοὶ γὰρ ἄνδρες τῶν σῶν ἀνδρῶν κρέσσονες τοσοῦτό εἰσι.*

et plurimis et optimis rectum tenentibus. — Unum jam locum proferam, ubi medicina e codd. quidem hauriri nequit; sed corruptionis suspicio valde eo augetur, quod pro voce, quam corruptam pronunciamus, duo codd. in his praestantissimus Parisiensis *a* aliam praebeant. IV, 192, 3. ταῦτά τε δὴ αὐτόθι

---

ad quem locum Schweigh. postquam ex septem codd. et marg. Steph. veram lectionem οἱ γὰρ attulit, (quam unus Schaef. in textum recepit) ita pergit: quod blandiri possit. Sed vulgatum τοὶ (Homerico modo idem ac οὗτοι valens) cum Aldo et Edd. omnibus tenuit Gron. nihil in contrarium monens ex Med. — Iterum epicam formam Herodoto invito obtrusam videmus; et hujus formae patrocinium propter Gronovii silentium suscepit V. D., unde aliquid concludere quam lubricum sit, omnes norunt. Taceo de eo, quod articulum pro pronomine οὗτος Herodotus non aliter posuit quam ubi Attici quoque eo utuntur, h. v. e. in ὁ μὲν, ὁ δέ, καὶ τόν, τοὺς ὅσους et similibus. Atque satis mirari nequeo, quid Schweighäuserum in lex. T. 2. p. 134 impulerit, ut in III, 64, 1. ἐπεὰν τὸν πρῶτον ἄνδρα καταβάλῃ ἀνὴρ Σκύθης, τοῦ αἵματος ἐμπίνει, ubi neminem quicquam verba morari possunt, contenderet τοῦ esse pro τούτου positum: „hujus sanguinem (proprie hujus de sanguine) bibit." Atque haec dialecti Herodoteae ratio facit ut Wesselingii quandam emendationem, Valckenaerio et omnibus recentioribus ita probatam, ut in ipsam Herodoti orationem reciperetur, elegantem esse confitear quidem, at veram negem. Legitur enim nunc IV, 36, 1. τὸν γὰρ περὶ Ἀβάριος λόγον τοῦ λεγομένου εἶναι ὑπερβορέου οὐ λέγω, λέγων ὡς τὸν ὀϊστὸς περιέφερε κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν οὐδὸν σιτεόμενον. Sed exemplis probari nequit, Herodotum unquam nudum τόν aut si mavis, τόν post ὡς positum, nisi in iis formulis, quas supra indicavi, pro τοῦτον usurpasse. Redeundum itaque est ad veterem scribendi rationem, quam omnes codices tuentur ὡς τὸν ὀϊστὸν περιέφερε κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν οὐδὲν σιτεόμενος. Neque aliter Eustathii librum habuisse, ipse confitetur Wesselingius. cf. Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 31. ἱστορεῖ δὲ Ἡρόδοτος καὶ τοὺς χρυσοφύλακας γρύπας ἀνωτέρω τῶν Ἀριμασπῶν οἰκεῖν, τοὺς δὲ Ὑπερβορέους ἔτι ἀνωτέρω αὐτῶν ἐπὶ θάλασσαν, λέγων καὶ ὅτι ὥσπερ εἰσί τινες Ὑπερβόρεοι οὕτω καὶ ὑπερνότιοι (Eustathii hic est error, quales non raro apud eum reperiuntur; negat enim Herodotus Hyperboreos esse, cum non sint item hypernotii) καὶ ὅτι ὁ Ἄβαρις ὁ ὑμνούμενος ὑπερβόρειος ἦν, ὃς οὐδέν γε σιτεῖσθαι λέγεται καὶ τὸν ὀϊστὸν περιφέρειν κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν. Id certum est Herodotum notam quandam fabulam de sagitta Abaridis respicere; hinc articulo addito dixit τὸν ὀϊστόν. (cf. V, 35, 2.) Sed ex verbis ejus elici non potest, eum jam novisse narrationem, qua Abaris sagitta per aërem vectus orbem terrarum perlustrasse fertur. Fabulae hujus, nunc in vulgus satis notae, Wesseling. et Valcken. testes laudant Jamblichum, Himerium ap. Photium, Celsum apud Origenem et Nonnum in Dionysiacis. Ex his vero Himerius ne sagittae quidem meminit, tantum abest ut ἡερόφοιτον eum dicat; arcum et pharetram habuisse narrat. Imo accura-

ἐστὶ θηρία καὶ ἅπερ τῇ ἄλλῃ, πλὴν ἐλάφου τε καὶ ὑὸς ἀγρίου, ubi, si aliud vitium non subest, necessario scribendum est *καὶ τάπερ τῇ ἄλλῃ*. Sed duo codd. ut dictum est aliam lectionem praebent *καὶ ἄλλα τῇ ἄλλῃ*, unde Schweigh. conjicit, eos forsan voluisse *καὶ ἄλλα ἅπερ τῇ ἄλλῃ*; ad sententiam sane ac-

---

tius Herodoti locum inspicienti opinio mihi nata est telum illud, quod notum fuisse Herodotus addito articulo significat, amuletum fuisse, ut forsan adversus alia incommoda ita adversus famem. Cupienti jam mihi inquirere, an vestigia ante Jamblichum reperiri possint fabulae ejus, qua sagitta vectus Abaris dicitur, visum est amicissimum Lobeckium adire, qui ex ditissimis copiis haec mecum communicavit, quibus ut uti possem, qua est humanitate, permisit. Prima Abaridis mentio est apud Pindar. fragm. 90. p. 657 Boeckh. ex Harpocrat. et Plat. Charm. 158. (Tom. 1, pag. 312 Bekk.) sed apud neutrum de sagitta sermo est. Post Herodotum primus sagittae meminit Lycurg. orat. in Eudoc. Villois. p. 20 quem locum post Larcherum Gaisford attulit; et in schol. ad Gregor. Naz. in catal. Bibl. Bodlej. pag. 51. Transscribam posteriorem locum: *ὁ ῥήτωρ Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Μενεσχι* (*Μενεσαίχμου* Lob.) *λόγῳ φησίν, ὅτι λιμοῦ γενομένου ἐν τοῖς ὑπερβορέοις ἐλθὼν ὁ Ἄβαρις ἐμισθώτευσε τῷ Ἀπόλλωνι καὶ μαθὼν χρησμοὺς παρ' αὐτοῦ σύμβολον ἔχων τὸ βέλος τοῦ Ἀπόλλωνος περιῄει ἐν τῇ Ἑλλάδι μαντευόμενος.* Videmus famem, legimus sagittam ut *σύμβολον* datam, sed nondum quicquam de aëre ita pervio facto narratur. Multi sane inter recentiores Abaridis mentionem faciunt, praeter laudatos Pausan. 3, 13. Phalarid. epist. 78. Harpocratio s. v. qui quin Lycurgum respexerit, vix dubitari potest. Porphyr. de vit. Pyth. 28. Apollon. histor. mirab. c. 4. sed omnes quos nunc nominavi de sagitta tacent. Ante Jamblichum qui vectum sagitta Abarim diceret, nemo repertus est. Sed fontes, ex quibus hausit Jamblichus cap. 19. et c. 28. nobis ignoti sunt. Forsan jam Hecataeus junior Abderita in libro de Hyperboreis, unde Diodor. Sicul. I, 47. Abaridis nomen memorat, hujus rationis vehendi meminerat; verisimilius vero est, Heraclidem Ponticum in *τοῖς ἀναφερομένοις εἰς Ἄβαριν* Anecd. Bekk. p. 145 et 178 fabulam hanc narrasse; hunc enim librum Plutarch. de aud. poet. c. 1. T. 7 p. 56 Hutt. fabulis refertum satis significat. — Sed haec quae Lobeckio meo accepta grato animo fero, sufficiant. Herodotus vero in posterum spero non amplius testimonium in hac causa dicet. Ipse mihi ea quae narrat ex fabula nota et rumore vulgi hausisse videtur; Lobeckius vero credit, eum ipsos Abaridis *χρησμούς* ob oculos habuisse. — Sed ut eo redeam, unde diverticulum haec nota sibi quaesivit, idem Schweigh., qui ad VIII, 68, 3 contra omnes codd. *τοί* retinuit, antea ad I, 186, 6, ubi Wessel. adhuc *τοὶ γὰρ Βαβυλώνιοι* ediderat, quamvis contrarium omnibus libris scriptis suadentibus, *οἱ* restituendum judicavit, nec ferendam insolitam istam loquendi formulam. Vanus itaque Reiskii quoque conatus est in IV, 20, 2. *τοὶ δὲ αὐτῶν* pro *τὰ δὲ αὐτῶν* scribi jubentis.

commodate *), sed et tunc καὶ ἄλλα τάπερ τῇ ἄλλῃ esse debet. Atque in hoc equidem acquiesco. — Verum in quinto loco omni auxilio destituti sumus. II, 113, 3. ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ἠϊόνος ὃ καὶ νῦν ἐστι Ἡρακλέος ἱρόν. Sed quis in unico hoc exemplo dubitet, post tot centena recti usus exempla allata, etiam hic vel invitis libris rescribere τὸ καὶ νῦν ἐστι, fere ut II, 181, 7. ἄγαλμα ἀπέπεμψε ἐς Κυρήνην, τὸ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν σόον.

Progredimur nunc ad casus obliquos, quorum duplicem esse formam, alteram a consonante τ, alteram a spiritu incipientem, supra jam monuimus. Hanc quaestionem ita partiemur, ut primum monstremus, relativum in casibus obliquis semper τ praefixum habere, ubi non praepositionem sequatur, quo μέχρι et ἄχρι quoque pertinent; tum vero de eo usu loquamur, qui post praepositiones obtinet.

Praepositione itaque non praecedente, relativi ὅς casus obliquos a litera τ incipere sequentia exempla demonstrant.

Τοῦ.

I, 14, 3. — 51, 5. — 85, 1. — 90, 5. — 93, 2. — 171, 9. — 188, 2. — 189, 1.

II, 65, 5. — 85, 1. — 86, 2. — 111, 7. (τοῦ γε) — 112, 1. — 121, 5. — 170, 1. — 176, 1.

III, 60, 6.

IV, 2, 1. — 16, 2. (τοῦπερ) — 43, 8. — 81, 2. — 85, 2. — 138, 2.

V, 25. — 32, 2. — 72, 8. — 92, 2. — 111, 4.

VI, 62, 1. — 86, 16. — 103, 1. — 117, 3. — 125, 5.

VII, 36, 6. — 39, 4. — 113, 1. (τοῦπερ) — 233, 4.

VIII, 55, 1. — 60, 9. — 95, 1. — 140, 4. (τοῦπερ, sed loco dubio)

IX, 93, 1. (loco dubio) — 96, 4. — 109, 4. — 110, 3.

Τῆς.

I, 100, 2. — 124, 5. (τῆςπερ) — 216, 2.

II, 1, 1. — 15, 7. — 24, 3. — 96, 1. — 101, 2. — 111, 5. 6. — 124, 8. — 126, 3. — 135, 3 — 149, 1. — 158, 1.

III, 155, 6.

IV, 9, 2. — 78, 4. — 79, 2. — 87, 1. — 97, 3. — 120, 2. 3. (bis; altero loco unus cod. F. ἧς) — 128, 2. — 152, 1.

V, 40, 1. 2.

VII, 8, 6. — 99, 1. — 113, 1. — 121, 3. — 123, 4. — 180, 1. (ubi un. cod. F. ἧς) — 181, 1. — 182, 1.

VIII, 47, 2. — 65, 5 — 82, 1.

IX, 20, 1. — 90, 1. (τῆςπερ) — 106, 2.

---

*) Hae sunt illic ferae, et item caeterae, quae alibi. Sic Steph. latine reddidit. Schweigh. vero: et hae ibi bestiae sunt, et aliae quae item alibi. Larcher. et outre cela tous ceux qui se trouvent ailleurs.

Τῷ.

I, 23, 2. — 61, 8. — 80, 5. — 84, 2. — 94, 7. — 96, 1. — 107, 4. — 110, 1. — 143, 4. — 144, 3. — 152, 1. 4. — 155, 4. — 157, 5. — 163, 2. — 171, 8. (τῷπερ) — 175, 2. — 180, 1. — 196, 1. — 208, 2. (τῷπερ) — 211, 3. — 212, 2. (τῷπερ) — 216, 6.

II, 73, 1. — 86, 9. — 95, 3. — 102, 1. — 107, 1. — 112, 1. — 113, 4. — 116, 1. (τῷπερ) — 125, 6. — 129, 1 4. — 137, 1. — 141, 1. — 162, 3. — 177, 3.

III, 9, 4. — 45, 4. — 50, 4. — 70, 2. (ubi nonnulli codd., inter quos *a.* ὅτῳ, quod per se non damnandum ὁτέῳ tamen scribi debebat) — 85, 1. — 120, 3. — 122, 7. — 130, 7. — 134, 11. — 140, 2. — 142, 1. 5. — 143, 1. 3. — 145, 1. — 152, 2. — 155, 2.

IV, 5, 1. — 11, 1. — 18, 2. — 43, 4. — 54, 1. — 57, 2. — 60, 2. — 81, 5. — 92, 1. — 143, 1. — 151, 3. — 155, 1. — 157, 5. — 159, 4. — 161, 3. — 164, 5. — 168, 4. — 172, 3. — 178, 2. — 180, 10. — 184, 5.

V, 16, 4. — 23, 2. — 33, 3. — 37, 1. — 49, 1. — 52, 5. — 92, 19. — 106, 1. 4.

VI, 23, 1. — 52, 6. — 61, 4. — 63, 2. (ubi pro τῷ alii codd. ἐξ ὅτου) — 77, 1. — 105, 2. — 119, 2.

VII, 26, 3. — 40, 4. 6. — 46, 4. — 61, 4. — 69, 1. — 106, 1. — 143, 1. — 198, 4. 203, 3. — 227. — 232.

VIII, 21, 1. — 37, 1. — 51, 2. — 61, 1. — 75, 2. — 105, 1. — 133, 1. — 136, 1. — 138, 2.

IX, 78, 4. — 79, 4.

Τῇ.

I, 30, 10. (τῇπερ) — 40. — 60, 5. — 84, 2. 3. 4. — 86, 6. (τῇπερ) — 107, 1. — 110, 1 *). — 120, 1. — 133, 1. — 148, 1. — 151, 3. — 165, 2. — 170, 1. — 174, 4. — 184, 2. — 185, 1. 8. — 191, 2. (bis) — 203, 1.

II, 8, 2. 5. — 11, 2. — 15, 1. — 26, 2. (bis) — 29, 7. 10. — 33, 6. — 67, 4. — 82, 1. — 106, 2. (bis) — 120, 5. — 124, 6. — 135, 6. — 149, 2. — 158, 5. — 181, 2. 3.

III, 31, 1. — 48, 4. — 64, 4. — 68, 3. — 72, 5. — 80, 4. — 88, 4. — 125, 5.

IV, 44, 1. — 53, 3. — 62, 8. — 78, 3. — 85, 2. — 103, 3. — 114, 1. — 140, 4. — 154, 2. — 156, 5. — 160, 5. — 178, 2. — 195, 1.

V, 21, 2. — 33, 5. — 48, 2. — 51, 1. — 67, 4. — 83, 3.

VI, 52, 2. — 74, 2. — 113, 1. (un. cod. F. ᾗ) — 126, 2. — 133, 4.

VII, 9, 7. — 10, 21. (bis) — 22, 4. — 31, 1. — 40, 2. — 58, 4. — 102, 1. — 108, 3. — 115, 3. — 139, 1. (τῇ γε) — 140, 1. — 165, 3. — 168, 5. (τῇπερ) — 173, 7. —

---

*) οὔνομα δὲ τῇ γυναικὶ ἦν τῇ συνοίκεε, Κυνὼ κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν· κατὰ δὲ τὴν Μηδικὴν Σπακώ· τὴν γὰρ κύνα καλέουσι σπάκα Μῆδοι. Ipsa verba adscripsi, ne quis lexica nostra novis vocabulis ditaturus grammatico veteri apud Herm. de em. Gr. Gr. rat. p. 434, et ei, qui hunc secutus est, Osanno in auct. lex. Gr. p. 148 fidem habeat: στάξ, ὁ κύων παρὰ Πέρσαις. Rectum casum σπάξ nostra lexica jam praebent. — Quam caute hoc Osanni auctario utendum sit, vel ex eo solo exemplo constabit, quod addubitatum vocabulum περιφθάνω tuiturus Herodotum nostrum citat, VI, 15. ubi scilicet περιέφθησαν legitur, ad περιέπω referendum.

(τῆπερ) — 176, 2. — 178, 3. (τῆπερ) — 200, 3. — 209, 9. — 216, 2. — 228, 1. (τῆπερ) — 235, 3. — 236, 6. — 239, 1.

VIII, 13, 2. — 19, 1. — 41, 1. — 53, 2. — 68, 5. (loco dubio; cff. quae postea de κῆ dicturi sumus) — 121, 3. (τῆπερ) — 143, 3. (τῆπερ al. τῆ)

IX, 57, 2. — 60, 2. — 63, 1. — 66, 2. — 70, 4. — 97, 1. — 110, 2. — 111, 3. — 118, 1.

Τόν.

I, 1, 2. — 5, 5. — 7, 2. — 14, 7. — 19, 5. — 32, 11. — 42, 2. — 44, 1. — 57, 4. — 60, 7. — 67, 6. — 84, 3. — 86, 5. — 90, 3. — 92, 1. — 107, 4. — 108, 7. — 110, 1. — 113, 1. — 117, 1. — 118, 1. — 162, 1. — 202, 5. — 206, 3.

II, 8, 3. (loco dubio) — 11, 3. — 42, 2. — 43, 1. — 45, 1. — 61, 2. — 79, 2. — 100, 4. — 102, 2. — 108, 1. — 111, 1. — 120, 5. — 121, 3. 4. 17. — 135, 5. — 136, 1. — 141, 1. — 144, 3. — 148, 1.

III, 1, 8. — 20, 2. — 22, 5. — 27, 1. — 29, 3. — 30, 2. — 34, 1. — 47, 2. (bis) 4. — 61, 3. (bis) — 63, 4. 6. — 65, 6. 7. 8. — 69, 2. (bis) — 83, 2. — 119, 5. 9. — 127, 2. — 137, 5. — 147, 1.

IV, 2, 5. — 9, 8. — 14, 1. — 35, 2. (bis) — 43, 1. — 48, 3. — 64, 3. — 68, 1. 3. — 78, 2. — 81, 3. — 87, 5. — 157. 5. (bis)

V, 14, 1. — 25. — 30, 2. — 43, 3. — 45, 1. — 50, 3. — 52, 8. — 62, 1. — 92, 2. — 106, 1. 9. — 113, 3.

VI, 39, 1. — 71, 1. — 122, 2. — 125, 3. — 129, 1.

VII, 26, 3. — 39, 1. — 54, 3. (al. το) — 104, 5. — 180, 2. — 185, 3. — 188, 2. — 194, 1. (ubi un. cod. ὄν) — 198, 4. — 226, 2.

VIII, 27, 4. — 52, 1. — 75, 2. — 79, 1. — 92, 1. 2. — 94, 2. — 126, 1. (ubi pro ὄν, quod veteres editiones, etiam Steph., offerunt, contra 6 codd. e silentio de ceteris ne Schweigh. quidem argumentum peti posse credit.)

IX, 5, 1. — 9, 1. — 16, 5. — 20, 1. — 26, 4. — 33, 2. — 37, 2. — 43, 1. — 51, 5. — 85, 5. — 90, 2. — 122, 1.

Τήν.

I, 41, 1. — 75, 1. — 93, 6. — 107, 2. — 168. — 173, 2. — 181, 7. — 192, 3. — 202, 8.

II, 18, 3. — 29, 5. (bis) — 40, 1. — 65, 7. — 87, 3. — 91, 8. (ubi quatuor codd. ἥν) — 100, 4. — 122, 2. — 124, 5. — 129, 3. (al. το) — 134, 1. — 158, 1. 7. — 161, 3. — 171, 2.

III, 15, 3. — 26, 1. — 33, 2. — 41, 2. — 65, 2. — 85, 6. — 101, 2. — 107, 2. — 120, 4. — 135, 3. 5. — 140, 11. — 150, 3.

IV, 8, 3. — 11, 2. — 20, 2. — 52, 1. — 64, 2. — 79, 2. — 97, 6. — 145, 1. — 146, 4. — 155, 1. (Sic recentt. editt. e sex codd. Veteres, etiam Steph. ἥν; de ceteris codd. siletur.) — 169, 2. (bis) — 180, 3. — 191, 3. — 198, 4. — 199, 1. — 201, 7.

V, 23, 2. — 39, 4. 5. — 49, 7. — 88, 1. — 95, 3. — 115, 2. — 124, 3.

VI, 52, 1. — 71, 3. — 137, 2. (bis)

VII, 19, 1. — 31, 2. — 66, 2. — 69, 3. — 77, 1. — 86, 1. (τήνπερ) — 151, 3. — 152, 1. (τήνπερ) — 164, 2. — 17[illegible], 2. — 176, 6. (τήνπερ) 213, 3. — 235, 3.

VIII. 98, 3. — 106. 1. — 135, 3.
IX, 7, 3. — 58, 5. — 74, 2. — 93, 8. — 94, 4. — 111, 3.

Τό.

I, 1, 4. (ubi sex codd. ὅ) — 32, 7. — 39, 1. — 51, 6. — 68, 2. (τόπερ) — 78, 2. — 106, 1. — 108, 6. — 111, 4. — 119, 5. 7. — 129, 1. — 139, 2. — 173, 3. (τόπει) — 207, 1.

II, 13, 4. — 18, 1. — 51, 3. (al. τά) — 65, 5. 7. — 94, 1. — 133, 3. — 156, 7. — 175, 3.

III, 6, 1. — 14, 6. — 30, 2. — 31, 5. (al. τά) — 40, 6. — 51, 1. — 58, 2. 62, 3. — 65, 2. — 100, 1. — 103, 1. — 112, 1. — 133, 3.

IV, 10, 5. — 31, 3. — 56. (τόπερ) — 131, 2. — 172, 4. 6.

V, 23, 3. — 80, 1. — 94, 2. — 102, 1. — 111, 3.

VI, 37, 3. — 62, 1. 3. — 65, 4. — 69, 6. — 77, 2. — 91, 2. — 119, 4. — 138, 7. (ὅ nonnulli codd.) — 140, 1.

VII, 8, 7. — 11, 5. — 17, 3. — 37, 3. — 38, 2. (bis) — 40, 5. — 57, 1. — 103, 7. — 125, 2. — 208, 3. — 234, 3.

VIII, 43, 1. (duo codd. ὅ) — 45. (loco dubio) — 51, 2.

IX, 54, 2. — 65, 1. — 97, 1. — 109, 3.

Τῶν.

I, 1, 5. — 2, 3. — 6, 2. — 23, 2. — 26, 4. — 29, 2. — 34, 3. — 37, 1. — 45, 4. — 51, 1. 4. — 78, 4 *). — 94, 1. — 106, 2. (τῶνπερ) — 114, 4. — 115, 3. — 142, 1. (bis) 6. — 146, 2. 4. — 158, 3. — 178, 4. — 184, 1. — 193, 3. — 202, 5. — 206, 1. (τῶνπερ)

II, 1, 1. 2. (bis) — 10, 4. — 14, 3. — 20, 1. 2. — 22, 2. — 37, 11. — 41, 3. — 43, 5. — 50, 3. — 55, 5. — 65, 3. 4. — 68, 3. — 77, 1. — 101, 2. — 107, 1. — 108, 1. — 110, 2. — 111, 5. — 116, 6. — 121, 2. 29. — 123, 3. — 144, 1. — 157, 1. 2. — 159, 2. (editt. vett. ὧν, quod unus saltem cod. certo habet) — 160, 2.

III, 1, 1. — 15. 2. — 40, 4. — 47, 4. — 60, 6. — 61, 1. — 67, 3. — 75, 2. — 80, 10. — 82, 2. — 94, 4. — 98, 2. — 101, 1. — 105, 3. — 122, 3. — 139, 2. — 142, 6. — 157, 1.

IV,

---

*) οὐδέν κω εἰδότες τῶν ἦν περὶ Σάρδις τε καὶ αὐτὸν Κροῖσον. Matthiaei ad h. l. annotatio est haec: „delendum ἦν. Neque enim hujusmodi attractio locum ha-„bet, ubi pron. relativi nominativus ponendus erat, ut h. l. οὐδέν κω εἰδότες „ἐκείνων ἃ ἦν.“ Diu me ejusdem sententiae fuisse confiteor, eandemque receptae scripturae mutationem discipulis meis proposuisse, mihi conscius sum. Sed apud Herodotum ab hac mutatione nunc quidem abstineo, his exemplis motus I, 92, 5. τὴν δὲ οὐσίην αὐτοῦ ἔτι πρότερον κατιρώσας τότε τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἀνέθηκε ἐς τὰ εἴρηται, quod sane est ἐς ἐκεῖνα, ἃ εἴρηται. Similiter II, 8, 2. ταύτῃ μὲν λήγον ἀνακάμπτει ἐς τὰ εἴρηται τὸ ὄρος. V, 92, 16. τὸ παιδίον .... φέρουσα κατακρύπτει ἐς τὸ ἀφραστότατόν οἱ ἐφαίνετο εἶναι.

IV, 9, 8. — 24, 2. — 31, 1. — 42, 3. — 46, 3. — 48, 1. — 51, 2. — 58, 2. — 65, 4. — 71, 4. 5. — 73, 1. — 87, 2. — 94, 2. — 109, 5. (un. cod. ὧν) — 114. 6. — 119, 3. — 124, 2. — 135, 1. — 152, 4. — 176, 1. — 184, 1. — 187, 3. — 192, 1.

V, 1, 1. — 20, 5. (τῶνπερ) — 29, 3. — 30, 7. — 33, 5. — 36, 3. — 49, 8. — 57, 1. — 58, 1. — 61, 3. — 62, 1. — 82, 6. — 90, 3. — 92, 13. 29. — 106, 2. 7. — 119, 3.

VI, 21, 2. — 52, 7. — 86, 10. (sic nunc e duob. codd. editum; antea erat ὧν) — 87, 1. — 103, 1. — 109, 8. — 110, 2. — 112, 4.

VII, 5, 3. — 6, 4. — 8, 13. — 9, 3. — 20, 2. (bis) — 27, 3. — 50, 8. — 52, 1. (ter.) — 53, 4 — 58, 1. — 96, 2. — 99, 4. — 103, 8. — 108, 3. — 109, 3. — 112, 1. — 115, 2. — 126, 1. — 154, 4. — 161, 6. — 163, 2. — 164, 3. — 170, 5. — 187, 2. (al. etiam codd. nonn. ὧν.) — 194, 1. — 196, 1. — 205, 3. — 211, 1. — 215, 1. — 224, 2. — 233, 1. — 236, 4. — 238, 3.

VIII, 18. — 27, 5. — 37, 1. — 39, 1. — 49, 1. — 59, 1. — 66, 3. — 68, 4. (τῶνπερ) 9. — 73, 5. — 90, 1. — 92, 3. — 93, 4. — 100, 4. — 102, 5. — 105, 1. — 110, 3. — 124, 4. — 132, 1. — 133, 1. — 143, 3. — 144, 4. (e duob. codd. editum est τῶν; in plurimis, ut in vett. editt. ὧν) 7.

IX, 21. 5. — 27, 3. — 37, 4. — 58, 5. — 64, 1. — 66, 2. — 69, 3. — 78, 2. — 81, 1. — 85, 1. — 93, 8. — 94, 3. — 98, 4. — 99, 3. — 111, 4. — 116, 5. — 120, 4. — 122, 3.

Τοῖσι.

I, 34, 5. — 71, 4. — 118, 3. — 119, 5. — 141, 1. — 146, 2. — 153, 2. 3. — 171, 4. — 175, 1.

II, 17, 6. — 39, 3. (bis) — 45, 3. — 79, 2. — 85, 1. — 92, 2. — 96, 1. — 139, 4. — 141, 1. — 146, 1. — 154, 1.

III, 21, 2.

IV, 22, 3. — 44, 1. — 46, 5. — 66, 2. — 99, 7. — 123, 5. — 171, 2. — 183, 1. — 184, 1. — 191, 1. — 193.

V, 9, 2. — 49, 13. — 58, 1. — 92, 9.

VI, 4, 2. (τοῖσίπερ) — 75, 1. — 90, 1. — 126, 4.

VII, 10, 8. — 24, 3. (τοῖσίπερ) — 34, 1. — 36, 1. — 39, 5. — 134, 2. — 188, 3. — 205, 3. — 208, 3. — 225, 4. — 238, 3.

VIII, 89, 2. — 110, 3. — 112, 1. — 113, 3. — 144, 3.

IX, 19, 1. — 33, 8. — 58, 4. — 79, 3. — 94, 4. — 99, 5.

Τῇσι.

II, 151, 1. (τῇσίπερ) — VII, 123, 2.

Τούς.

I, 11, 1. — 27, 4. — 29, 3. — 56, 2. — 67, 6. — 105, 5. — 128, 3. — 141, 1. — 186, 5. — 193, 8. (bis) — 200, 2. — 202, 3.

II, 29, 3. — 32, 3. — 36, 2. — 74, 2. — 77, 5. — 92, 10. — 100, 6.

III, 11, 2. — 37, 2. — 44, 4. — 97, 2. — 98, 3. — 157, 2.

IV, 18, 1. — 44, 2. — 69, 4. — 72, 1. — 103, 1. 3. — 146, 2. — 197, 1. — 204, 1.

V, 16, 7. — 37, 3. — 49, 9. — 52, 6. — 90, 4.

VI, 13, 1. — 42, 3. — 57, 2. — 92, 1. (τούς in uno cod. omissum est, in tribus est οὕς. De quo postea dicetur.) — 96, 2. — 108, 9. — 125, 4. (in nonn. codd. est οὕς.)

VII, 9, 7. — 10, 20. — 11, 5. — 13, 1. — 168, 1. — 181, 3. — 205, 3. — 211, 1.

VIII, 98, 2. — 107, 1.

IX, 4, 1. (un. cod. F. οὕς) — 58, 2. — 71, 6. — 88, 2. (un. cod. F. οὕς) — 99, 3.

Τάς.

I, 66, 5.

II, 36, 4. — 72, 1. — 106, 1. — 124, 7. — 125, 1.

III, 10, 2. — 89, 1. — 113, 2. — 147, 1.

IV, 33, 3. — 38, 1. — 85, 1. — 145, 8.

V, 52, 3.

VI, 32, 1. — 95, 1. (un. cod. ἅς) — 139, 2. (duo codd. ἅς)

VII, 22, 6. — 141, 2. — 170, 5. (tres codd. ἁς)

VIII, 46, 4.

IX, 39, 2. — 70, 8. — 73, 2. — 93, 8. — 114, 1.

Τά.

I, 11, 3. — 21, 2. — 32, 2. — 39, 2. — 44, 2. — 48, 3. 4. — 68, 4. — 69, 1. — 74, 6. (τάπερ) — 75, 2. — 86, 7. — 88, 2. — 89, 1. 4. — 90, 1. — 91, 5. (loco dubio) — 92, 5. *) — 93, 3. — 123, 4. — 124, 4. 6. — 125, 2. — 126, 4. — 127, 3. — 133, 6. — 141, 2. — 155, 3. (τάπερ) — 156, 3. — 164, 3. — 167, 3. — 185, 1. — 191, 4. (τάπερ) — 203, 3. — 206, 1.

II, 3, 4. — 26, 4. (τάπερ) — 38, 3. — 40, 4. — 48, 3. — 49, 4. — 50, 2. — 51, 1. 3. — 54, 3. (τάπερ) — 60, 5. (τάπερ) — 65, 3. (bis) — 76, 2. — 92, 4. — 106, 5. — 114, 2. — 118, 3. — 121, 30. (τάπερ) — 125, 5. — 131, 2. (τάπερ) — 154, 2. — 171, 1. — 173, 7.

III, 16, 1. 4. — 20, 1. — 25, 4. — 39, 5. — 42, 6. — 43, 1. — 51, 1. — 52, 3. (bis) — 62, 3. — 65, 9. — 66, 1. 3. — 69, 7. — 72, 2. (bis) — 73, 2. (bis) — 80, 4. — 81, 1. (bis) — 82, 1. (bis) — 97, 6. — 111, 2. — 136, 4. — 137, 3. — 142, 3. — 148, 1. — 155, 4. 9. (loco dubio) — 156, 3. — 157, 2. (τάπερ)

IV, 43, 8. — 53, 3. — 71, 3. (τάπερ) — 79, 7. — 95, 5. — 111, 3. (τάπερ) 120, 1. — 161, 4. — 173, 2. — 187, 4. — 199, 2.

V, 4, 1. — 13, 1. (bis) — 20, 4. — 24, 5. 6. (τάπερ) — 30, 8. — 34, 3. — 36, 4. — 45, 3. — 47, 2. — 49, 7. — 51, 2. — 72, 1. — 82, 6. — 84, 1. 2. — 89, 2. — 91, 5. — 92, 17. 26. (τάπερ) — 94, 2. (τάπερ a Gaisf. est) — 107, 1. — 120, 2.

---

*) cf. supra not. pag. 16.

VI, 35, 4. (τάπερ) — 42, 3. — 47, 1. — 49, 1. 3. — 55. — 66, 3. — 70, 1. — 75, 3. — 102, 1. — 109, 4. — 122, 1. — 134, 3.

VII, 5, 4. (τάπερ) — 8, 1. 4. 7. 10. — 15, 2. — 16, 2. 6. — 17, 3. — 29, 3. (τάπερ) — 38, 4. — 49, 1. — 101, 1. — 102, 1. — 104, 6. — 112, 2. — 136, 3. — 152, 2. — 172, 1. — 176, 5. — 195, 2. — 208, 5. (τάπερ) — 209, 3. (τάπερ) — 215, 1. — 236, 6. — 237, 2. — 239, 1.

VIII, 22, 1. — 26, 2. — 55, 1. — 58, 2. — 60, 7. 10. — 68, 2. 5. — 75, 2. — 80, 1. — 102, 3. (bis) — 103, 1. (τάπερ) — 110, 3. — 135, 2. — 137, 7. — 144, 2.

IX, 2, 3. — 26, 7. — 34, 3. 4. — 46, 1. (τάπερ) 5. (τάπερ) — 53, 3. — 55, 4. (τάπερ) — 79, 3. — 94, 6. — 98, 4. — 111, 2. — 116, 3.

Hic nisi in summa colligenda a nobis erratum est, locos indicavimus centum sexaginta et novem supra mille, inter quos non nisi viginti et duo reperti sunt, ubi aut codex unus pluresve aut veteres editiones in lectione recepta non consentiant. Hoc tanto numero freti, multitudine quasi parvam illam manum exemplorum contrarii, quae non ultra viginti septem ascendunt, obruere possemus; cum haec comparatio numerorum (nam contra quadraginta fere et tria recti usus exempla unum contrarii pugnat) sufficere videatur, ut ubique spiritum asperum in literam τ mutandam decernere possimus. Sed cum in plerisque etiam aliae causae accedant partim criticae, partim a solenni usu Herodoti petitae, quae ita non scriptum esse vincant, cumque in aliis nulla ratio reddi possit, cur Herodotum ita loqui praetulisse opineris, singulos locos paulo accuratius examinemus.

VI, 92, 5. ἦγε δὲ αὐτοὺς στρατηγὸς ἀνήρ, ᾧ οὔνομα Εὐρυβάτης, πεντάεθλον ἐπασκήσας. Ex notis Schweigh. et Gaisf. non scias, tria ista vocabula ἀνὴρ ᾧ οὔνομα utrum jam in antiquis editionibus legantur an in recentioribus demum e sex codd. addita sint. Sed cum in edit. Steph. ea non reperiam, a Wesselingio addita suspicor. Desunt vero non solum in editt. vett. sed etiam in duobus codd., S. et a. saepius jam a nobis laudatis. Verum ut Valckenaerii verba ad VIII, 68, 1. mea faciam, h i c s o r e x s u i s s e p r o d i t i n d i c i i s. Quodni esset, ᾧ simpliciter in τῷ mutandum esset, nam ubique, ubi haec formula reperitur, quod quam saepe fiat statim videbimus, τ additum habet. Sed non a Herodoti manu haec tria verba profecta esse, monstrat praeterea ineptum illud, στρατηγὸς ἀνήρ, quod male a Wesselingio defenditur e VI, 83, 2. ἦλθε ἀνὴρ μάντις Κλέανδρος; quantopere enim haec inter se differant, monere haud opus est. Quod cum sentiret Schweighäuserus, eo perfugit, ut seriem verborum talem forsan accipiendam pronunciaret, στρατηγὸς ᾧ οὔνομα Εὐρυβάτης, ἀνὴρ πεντάεθλον ἐπασκήσας ut de eodem homine IX, 75, 1. Εὐρυβάτην τὸν Ἀργεῖον, ἄνδρα πεντάεθλον dicitur. At usum linguae huic verborum seriei obstare, quivis facile videt. Accedit tandem, ut νόθα haec tria vocabula esse demonstremus, gravissimum argumentum inde petitum, quod Herodotus verbum substantivum ἦν non omissurus fuisset. Nihil enim frequentius apud Herodotum est formulis τῷ οὔνομα ἦν, ἐτέθη, ἐστί, κεῖται similibus, in quibus ἐστί omitti potest, ἦν non potest, cujus rei causa in aperto est. Legitur itaque τῷ οὔνομα ἦν I, 60, 5. (τῇ) — 61, 8. — 84, 2. — 96, 1. — 107, 4. —

110, 1. — 144, 3. — 152, 1. 4. — 163, 2. — 165, 2. (τῇ) — 184, 2. (τῇ) — 185, 1. (τῇ) — 211, 3. — II, 102, 1. *) — 113, 4. — 135, 6. (τῇ) — 162, 3. — 181, 3. (τῇ) — III, 50, 4. — 68, 3. (τῇ) — 85, 1. — 88, 4. (τῇ) — 130, 7. — 143, 1. 3. — 145, 1. — IV, 28, 3. (τῇ) — 151, 3. — 154, 2. (τῇ) — 157, 5. — 159, 4. — 160, 5. (τῇ) — 161, 3. — 164, 5. — V, 21, 2. (τῇ) — 33, 3. — 48, 2. (τῇ) — 51, 1. (τῇ) — VI, 23, 1. — 126, 2. (τῇ) — VII, 40, 6. — 140, 1. (τῇ) — 143, 1. — 165, 3. (τῇ) — 227. — VIII, 37, 1. — 75, 2. — 133, 1. Quo etiam pertinet II, 55, 5. τῶν τῇ πρεσβυτάτῃ οὔνομα ἦν. Exempla temporis praesentis τῷ οὔνομά ἐστι sequentia sunt: I, 175, 2. — 180, 1. — II, 29, 7. (τῇ) — IV, 43, 4. — 57, 2. — 92, 1. — 156, 5. (τῇ) — 168, 4. — 178, 2. — 184, 1. (τοῖσι) — 184, 5. — V, 16, 4. — 23, 2. — 83, 3. (τῇ) — VI, 119, 2. — VII, 40, 4. — 108, 3. (τῇ) — 123, 2. (τῇσι) — 235, 3. Huc quoque referuntur τῷ οὔνομα τυγχάνει ἐόν. VII, 26, 3. — VII, 58, 4. (τῇ) In oratione vero obliqua occurrit τῷ οὔνομα εἶναι. I, 94, 7. — II, 112, 1. — 137, 1. — 141, 1. — III, 120, 3. — IV, 5, 1. — 81, 5. — 195, 1. (τῇ) — V, 9, 2. (τοῖσι) — VI, 52, 2. (τῇ) — 52, 6. — VII, 232. His adde formulas τῷ οὔνομα κεῖται. II, 17, 91. (τοῖσι) — IV, 18, 2. — 22, 3. (τοῖσι) — 123, 5. (τοῖσι) — 191, 1. (τοῖσι) — VI, 77, 1. — VII, 198, 4. — 200, 3. (τῇ) Tum τῷ οὔνομα ἐτέθη. IV, 155, 1. — II, 154, 1. (τοῖσι) Tandem transitivam formulam τῷ οὔνομα ἔθετο (ἔθεντο) I, 107, 1. (τῇ) — 143, 4. — 148, 1. (τῇ) — VII, 61, 4. Exstant quidem loci, ubi verbum substantivum deest, sed hoc semper temporis praesentis ἐστί esse, supra jam monuimus. II, 73, 1. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὄρνις ἱρὸς, τῷ οὔνομα Φοίνιξ. III, 9, 4. Ποταμός ἐστι μέγας ἐν τῇ Ἀραβίῃ, τῷ οὔνομα Κόρυς. IV, 45, 1. Μετὰ δὲ τούτους πέμπτος ποταμὸς ἄλλος, τῷ οὔνομα Παντικάπης. IV, 178, 2. ἐν δὲ αὐτῇ νῆσος ἔνι, τῇ οὔνομα Φλά. V, 52, 5. καὶ τῆς Ἀρμενίης ἐστὶ ποταμὸς νηυσὶ περητὸς, τῷ οὔνομα Εὐφρήτης. Jam cum in eo loco, de quo agitur, omnes codd., e quibus tria ista verba in orationem Herodoti illata sunt, ἦν omittant, quod scriptorem nostrum nunquam omittere demonstravimus (nam in uno tantum loco III, 88, 4. in uno cod. ἦν deesse notatum est); cum praeterea in reliquis pluribus quam centum locis ne in uno quidem codice pronomen a spiritu incipere videamus, a quo h. l. in omnibus codd. incipit; tandem cum vocem ἀνήρ et sententia et ordo verborum condemnet, luce clarius omnibus erit, haec tria verba ἀνὴρ ᾧ οὔνομα rursus ex oratione Herodoti ejicienda esse.

Ipsa argumenti similitudo nos ducit ad II, 81, 1. ἐνδεδύκασι δὲ κιθῶνας λινέους περὶ τὰ σκέλη θυσανωτοὺς, οὓς καλέουσι καλασίρις. Nescias sane cur in tam simplici formula scriptor variare voluerit, cui in eodem plurali numero

---

*) τῷ οὔνομα ἔην Σέσωστρις Corrige ἦν e quatuor saltem codd. Et fere credam omnes libros scriptos hoc dare. Nam Mediceum ἔην dare ex Gronovii silentio concludi posse Schweigh. opinatur. Ego vero, cum Schweigh. codd. Parisinos Mediceo adjungat, nulla codicum horum, qui ita scribant, nota addita, ex silentio ejus viri, qui hos codd. non nimis accurate contulit, nil concludi posse opinor. Nam ἔην ad eas epicas formas pertinet, quas ex Herodotea oratione prorsus ejiciendas esse, nunc mihi lectores credant velim; alia occasione oblata demonstrabo.

haec placuerunt: I, 105, 5. *καὶ ὁρᾶν παρ' ἑωυτοῖσι τοὺς ἀπικνεομένους ἐς τὴν Σκυθικὴν χώρην ὡς διακέαται, τοὺς καλέουσι Ἐναρέας οἱ Σκύθαι.* I, 193, 8. *φοινίκων, τοὺς ἔρσενας Ἕλληνες καλέουσι.* II, 36, 4. *ἀπ' ὀλυρέων ποιεῦνται σιτία, τὰς ζειὰς μετεξέτεροι καλέουσι.* II, 77, 5. *ἐκ τῶν ὀλυρέων ποιεῦντες ἄρτους, τοὺς ἐκεῖνοι κυλλήστις ὀνομάζουσι*, unde eorum quoque opinio refellitur, si qui sint qui contendant propter ingratum sonum Herodotum maluisse *οὕς* post *θυσανωτούς* quam *τούς*. Cf. praeterea II, 92, 4. *τὰ — καλέουσι.* II, 125, 1. *τὰς — ὀνομάζουσι.* II, 171, 1. *τὰ καλέουσι.* III, 89, 1. *τὰς ... καλέουσι.* III, 111, 2. *τὰ — καλέομεν.* IV, 18, 1. *τοὺς ... καλέουσι.* IV, 33, 3. *τὰς ὀνομάζουσι.* IV, 53, 3. *τὰ ... καλέουσι.* IV, 199, 2. *τὰ — καλέουσι.* V, 16, 7. *τοὺς καλέουσι.* V, 49, 9. VI, 42, 3. VII, 176, 5. 211, 1. IX, 39, 2.

V, 6, 1. *τὰς δὲ παρθένους οὐ φυλάσσουσι, ἀλλ' ἐῶσι οἷσι αὐταὶ βούλονται ἄνδρασι μίσγεσθαι.* Ne propter attractionem, qua vocabulum *ἄνδρασι* pronomini postpositum est, quisquam vereatur *οἷσι* in *τοῖσι* mutare, haec apponam exempla: I, 57, 4. *τὸν ἠνείκαντο γλώσσης χαρακτῆρα μεταβαίνοντες ἐς ταῦτα τὰ χωρία, τοῦτον ἔχουσι ἐν φυλακῇ.* I, 108, 7. *λάβε, τὸν Μανδάνη ἔτεκε παῖδα.* I, 118, 1. *κρύπτων τόν οἱ ἐνείχεε χόλον.* I, 173, 3. *ἐκαλέοντο, τόπερ ἠνείκαντο οὔνομα.* I, 207, 1. *τὸ ἂν ὁρῶ σφάλμα ... ἀποτρέψειν.* II, 129, 4. *τῷ περιεπεπτώκεε πρήγματι.* III, 15, 3. *ἀπέλαβε τήν οἱ ὁ πατὴρ εἶχε ἀρχήν.* III, 62, 3. *τὸ διεπρήξαο πρῆγμα.* III, 105, 3. *τῶν ἔλιπον τέκνων.* III, 142, 6. *τῶν μετεχείρισας χρημάτων.* IV, 35, 2. *τὸν ἐτάξαντο φόρον.* IV, 43, 1. *τὸν ἐπέταξε ἄεθλον.* IV, 201, 7. *τὴν ἐποίησαν γέφυραν.* V, 34, 3. *τὰ ἔχοντες ἦλθον χρήματα.* V, 39, 4. *τὴν ἔχεις γυναῖκα.* ibid. 5. *τὴν ἔχει γυναῖκα.* V, 40, 1. *περιεχόμενον τῆς ἔχεις γυναικός.* V, 62, 1. *τὸν ἤϊα λέξων λόγον.* V, 92, 29. *τῶν οἱ συγκατέθαψε εἱμάτων.* VI, 108, 9. *τοὺς ἔθηκαν εἶναι οὔρους.* VI, 109, 8. *τῶν ἐγὼ κατέλεξα ἀγαθῶν.* VI, 122, 2. quem locum prae reliquis conferas velim cum eo, a quo quaestio haec orsa est, *ἐκ γὰρ πάντων τῶν Ἀθηναίων τὸν ἑκάστη ἐθέλοι ἄνδρα ἑωυτῇ ἐκλέξασθαι, ἔδωκε τούτῳ τῷ ἀνδρί.* VII, 52, 1. *τῶν ἀπεφήναο γνωμέων.* VII, 151, 3. *τὴν πρὸς Ξέρξεα φιλίην συνεθήκαντο.* VII, 154, 4. *τῶν δὲ εἶπον πολίων.* VIII, 49, 1. *τῶν αὐτοὶ χωρίων ἐγκρατέες εἰσί.* VIII, 135, 3. *τὴν ἐφέροντο δέλτον.*

Haec in memoriam revocant locum II, 118, 4, ubi attractionem alius generis neglectam miror. *καὶ οὐκ ἂν δικαίως αὐτοὶ δίκας ὑπέχειν, ἃ Πρωτεὺς ὁ Αἰγύπτιος βασιλεὺς ἔχει*, ubi si quis *ἅ* simpliciter in *τά* mutet, non refragabor quidem, sed Herodotum *τῶν* potius scripsisse arbitror. Nam in genitivo pluralis neglectam hanc attractionem non memini. Omitto notissimum illud *τῶν ἡμεῖς ἴδμεν*, quod ab I, 6, 2. inde saepissime scriptor noster usurpavit; sed vide praeterea haec exempla: I, 29, 2. *τῶν νόμων τῶν ἔθετο.* I, 45, 4. *ἀνθρώπων τῶν αὐτὸς ἤειδε* (?) II, 14, 3. *οὐδὲν τῶν ὧλλοι ἄνθρωποι πονέουσι.* III, 80, 10. *τούτων, τῶν ὁ μούναρχος ποιέει.* III, 101, 1. — 105, 3. — 142, 6. — IV, 9, 8. — 114, 6. — V, 92, 29. — VI, 109, 8. — VII, 8, 13. — 52, 1. — 115, 2. — 164, 3. — VIII, 100, 4. — IX, 98, 4. — 116, 5. — 120, 4. Propius etiam ad locum nostrum accedunt hae formulae: V, 106, 2. *τοὺς δώσοντας ἐμοὶ δίκην τῶν ἐποίησαν.* VI, 87, 1. *δοῦναι δίκας τῶν εἰς Ἀθηναίους ὕβρισαν.* VII, 5, 3. *δοῦναι δίκας*

τῶν ἐποίησαν. IX, 58, 5. δώσουσι ἡμῖν τῶν ἐποίησαν δίκας. IX, 93, 8. πρὶν ἢ δίκας δῶσι τῶν ἐποίησαν. IX, 94, 3. δίκας ὑποστῆναι δώσειν τῶν ἐποίησαν. Haec me quidem permovent, ut non in correctione τά acquiescere possim, quae vel contra codices, si ea contenti esse possemus, necessaria foret, sed ut audacius etiam τῶν scribendum esse censeam.

Si in hoc loco ex solo Herodoti usu loquendi correctio nostra pependit, alium contra locum nunc excitabimus, ubi correctionem proponendam non solum hic usus, quem dixi, defendit, sed ipsi libri manuscripti postulant. III, 98, 4. οὗτοι μὲν δὴ τῶν Ἰνδῶν φορέουσι ἐσθῆτα φλοΐνην· ἤν, ἐπεὰν ἐκ τοῦ ποταμοῦ φλοῦν ἀμήσωσι καὶ κόψωσι, τὸ ἐνθεῦτεν φορμοῦ τρόπον καταπλέξαντες, ὡς θώρηκα ἐνδυνέουσι. Sane non ipsam vestem scirpeam in storeae modum plectunt, sed scirpo, in hunc modum plexo, ut veste utuntur *). Sed ut nunc oratio constituta est, καταπλέξαντες ad ἤν referri debet. Verum hoc ἤν veteres quidem editiones, et tres libri manuscripti tuentur; abest vero idem a quinque aliis codd., inter quos nonnulli sunt optimae notae. Neque quidquam movet me Wesselingii auctoritas, eam ita defendentis „articulum „ἤν ultima praecedentis syllaba in codicibus quibusdam devoravit, „quae crebra omissionum causa." Ejecta enim importuna hac voce omnia optime procedunt. Nam in his morum descriptionibus similibusque Herodotus ἀσυνδέτοις uti solet. Sed huc non referendi sunt ejusmodi loci, ut II, 93, 2. οἱ ἰχθύες ... τοιάδε ποιεῦσι· ἐπεάν σφεας ἐσίῃ οἶστρος κυΐσκεσθαι, ἀγεληδὸν ἐκπλώουσι. Nam oratio non est ἀσύνδετος, ubi praecedunt τοιόςδε, ὅδε, ὧδε similia, quae frequentissime apud Herodotum occurrunt. Cf., si tanti est, II, 38, 1. δοκιμάζουσι αὐτοὺς ὧδε· τρίχα ἢν καὶ μίαν ἴδηται ἐπεοῦσαν μέλαιναν, οὐ καθαρὸν εἶναι νομίζει. I, 132, 1. — 139, 1. — 192, 1. — 197, 1. — 199, 1. — 216, 6. — II, 39, 1. — 40, 1. 2. — 47, 4. — 56, 1. — 70, 1. — 87, 1. 2. — IV, 22, 3. 4. — 26, 1. — 61, 1, 2. — 64, 1. — 67, 1. — V, 16, 2. 4. 5. etc, Sed vere ἀσύνδετα, qualia dico, quaeque cum loco, de quo agitur, comparari possunt, sunt haec: IV, 23, 2. 3. οἰκέουσι ἄνθρωποι .... ζῶντες δὲ ἀπὸ δενδρέων· ποντικὸν μὲν οὔνομα τῷ δενδρέῳ, ἀπ᾽ οὗ ζῶσι. IV, 67, 3. 4. φιλύρης ὦν φλοιῷ μαντεύονται· ἐπεὰν τὴν φιλύρην τρίχα σχίσῃ, διαπλέκων ἐν τοῖσι δακτύλοισι τοῖσι ἑωυτοῦ καὶ διαλύων χρᾷ. IV, 172, 3. γυναῖκας δὲ νομίζοντες πολλὰς ἔχειν ἕκαστος ἐπίκοινον αὐτέων τὴν μῖξιν ποιεῦνται τρόπῳ παραπλησίῳ, τῷ καὶ Μασσαγέται· ἐπεὰν σκίπωνα προστήσωνται, μίσγονται **). — IV, 187, 4.

*) Interpretes et Gallus et recentissimus Germanus sententiae convenienter ἥν ad ἐσθῆτα relatum negligunt. Larcher: Ces Indiens portent des habits tissus d'une plante, qui croît dans les rivières; ils la recueillent, et l'ayant bien battue, ils l'entrelacent en forme de natte et s'en revêtent, comme si c'étoit une cuirasse. — Lange: Diese Inder tragen Kleider von Binsen; naemlich wenn sie die Binsen aus dem Flusse geerndtet und geklopft, dann flechten sie dieselben zusammen wie eine Matte, und ziehen es an wie einen Harnisch.

**) Cum hic locus vitiosa interpunctione antea laboraret, asyndeton Schäfer sustulit, in editione majore καί ante τρόπῳ addens, in Reiziana vero γάρ post τρόπῳ inserens.

ἢν δὲ καίουσι τὰ παιδία σπασμὸς ἐπιγένηται, ἐξεύρηταί σφι ἄκος· τράγου οὖρον σπείσαντες ῥύονταί σφεα, ubi haec est Schweighäuseri annotatio: „abjeci γάρ, „praeeunte nostro ms. F. cum quo etiam alios facere probabile „est. Amat Herodotus tale asyndeton.

Pergamus vero in reliquis locis, ubi τ abjectum restitui debet, enumerandis. Atque quinque quidem locos sic nude ponamus, cum nulla idonea causa reddi possit, cur in simplice relatione auctor usum, pluribus quam mille exemplis demonstratum, deserere voluerit. Sunt vero hi: I, 109, 4. εἰ δὲ θελήσει τούτου τελευτήσαντος ἐς τὴν θυγατέρα ταύτην ἀναβῆναι ἡ τυραννὶς, ἧς νῦν τὸν υἱὸν κτείνει δι' ἐμεῦ. Num tu credis, Herodotum hic dedisse ἐς τὴν θυγατέρα ταύτην, ἧς νῦν &c., cum VI, 52, 1. scripserit, ἀγαγεῖν σφεας ἐς ταύτην τὴν χώρην, τὴν νῦν ἐκτέαται? et III, 140, 2. ὡς ἡ βασιληΐη περιεληλύθοι ἐς τοῦτον τὸν ἄνδρα, τῷ κοτε αὐτὸς ἔδωκε. Sed similia exempla, praegresso pronomine οὗτος colligere, foret otio abutentis. — Praeterea non video, qua ratione contra numerum reliquorum exemplorum defendi possit haec duorum locorum scriptura I, 39, 2. ὑὸς δὲ κοῖαι μέν εἰσι χεῖρες, κοίη δὲ αἰχμὴ σιδηρέη, ἣν σὺ φοβέαι; et III, 140, 5. καὶ τίς ἐστι Ἑλλήνων εὐεργέτης, ᾧ (al. ὅν) ἐγὼ προαιδεῦμαι. Nam in eo sane, quod relativum ad interrogativum referatur, nihil momenti esse potest. cf. I, 126, 4. εἴρετό σφεας ὁ Κῦρος κότερα τὰ τῇ προτεραίῃ εἶχον ἢ τὰ παρεόντα σφι εἴη αἱρετώτερα. Neque relativa, quando admirationi aut indignationi inserviunt, ab interrogativorum constructione disjungi queunt, quale est hoc VII, 8, 10. δεύτερα δὲ ἡμέας οἷα ἔρξαν ἐς τὴν σφετέρην ἀποβάντας .... τὰ ἐπίστασθέ κου πάντες. Et Borheckium jam secundo loco τῷ dedisse, nescio unde, ex Schweighäuseri nota edoctus sum. Quartus locorum quos dixi est I, 62, 2. ἄλλοι τε ἐκ τῶν δήμων προσέῤῥεον, οἷσι ἡ τυραννὶς πρὸ ἐλευθερίης ἦν ἀσπαστότερον, ubi relatio ad ἄλλοι non impedire debet, quominus τοῖσι scribatur. I, 90, 5. ἄλλου παντὸς, τοῦ ἂν ἑκάστοτε δέῃ et alibi saepius. — Haec multis forsan minuta videbuntur et haud necessaria. Quemquamne enim fore, qui cum videat Herodotum ubique fere scripsisse τοῦ, τῶν, τούς, τά &c. dubitare possit, an οὗ, ὧν, οὕς, ἅ praecedente pronomine αὐτός, aut vocabulo ἄλλος, aut alio ejusmodi verbo, quod quomodo hanc vim habeat haud facile perspiciatur, forsan defendi possit! Sed, quamquam et ipse fere ita sentio, duo tamen sunt, quae me ut hac via ingrederer impulerunt. Alterum est, quod scio, esse quosdam, qui nisi ita omne perfugium ei, qui contrarii defendendi tenax fuerit, intercludatur, assensum suum retineant; alterum vero, quod haec ejusmodi ratio, ut ad id quoque animum advertas, quicum relativum proxime conjunctum est, necessaria est, ut patefiat, quod postea demonstrabitur, quid discriminis intercedat inter ἐν ᾧ et ἐν τῷ atque ἐς ὅ et ἐς τό. Nam nullam sane causam video, cur, quod post praepositionem licuerit, idem in alio nexu verborum, ubi praepositio non adsit, cum de externa vocabuli alicujus forma quaeritur, non licuisse censeatur. Hinc itaque necessitatem mihi impositam videbam, ut in exemplis, quae legi a me propositae adversarentur, anxie indagarem, si quae forsan causae reperiri possent, quae has contra legem exceptiones tuerentur. — Unus jam restat quintus locus ex horum numero, quos antea dixi, in quo causam neglectae normae, a nobis propositae, ne divinare quidem possis VI, 69, 2. συνευνηθὲν δὲ (τὸ

φάσμα) τοὺς στεφάνους, οὓς εἶχε, ἐμοὶ περιετίθει, ubi in posterum spero τοὺς εἶχε edetur.

Tria vero genera exemplorum etiam supersunt, quae diligentiorem curam desiderant, qualem aliis loquendi formulis jam antea impertivimus. Primum genus spectat constructionem post ὁ αὐτός, ὅμοιος similia, alterum ubi tota periodus a relativo incipit, tertium vero refertur ad varium usum voculae ᾗ, quam saepe elliptice sive adverbialiter dicere malis occurrere notissimum est.

Atque primi quidem generis haec tria sunt exempla: III, 13, 4. ὡς δὲ Κυρηναῖοι καὶ Βαρκαῖοι, δείσαντες ὁμοίως ἃ καὶ οἱ Λίβυες, ἕτερα τοιαῦτα ἐποίησαν. IV, 62, 5. ὅσους δ' ἂν τῶν πολεμίων ζωγρήσωσι, ἀπὸ τῶν ἑκατὸν ἀνδρῶν ἄνδρα ἕνα θύουσι τρόπῳ οὐ τῷ αὐτῷ, ᾧ καὶ τὰ πρόβατα, ἀλλ' ἑτεροίῳ. VII, 86, 3. Ἀράβιοι δὲ σκευὴν μὲν εἶχον τὴν αὐτὴν ἣν καὶ ἐν τῷ πεζῷ. Videmus in omnibus his tribus locis post adjectiva simile quid aut idem significantia, sequi pronomen relativum aspiratum, et καί. Sed in duobus saltem locis lectio non firma est. In primo loco pro ἅ duo codd. et editio Reiziana a Schaefero curata dant ὡς; majorem vero Schaeferi editionem vocabulum hoc prorsus omittere e nota Gaisf. apparet. In tertio vero loco ἥν in sex quidem manuscrr. exstat; sed abest a cod. S. et al. cum Schaefero, ut in nota Gaisf. legitur; addo nunc Matthiaeum quoque ἥν omittere. Sed quinam hi sunt alii, quos Gaisf. nominat? Cum in edit. Steph. idem ἥν omissum videam, suspicor fere, omnes editiones ante Gronovianam ea vocula carere. Nam inter sex istos codd. qui ἥν praebent, unus est Med. a Gronovio primum collatus, duo a Wesselingio, tres a Schweighäusero. Praeterea vero etiam suspicor tres ad minimum codd. Parisienses inter illos alios esse; nam cum in duobus diserte Schweighäuser testetur ἥν legi, reliquos sane ab altera parte stare verisimile est. — Jam ex aliis exemplis quisnam Herodoto usus fuerit, explicare conabimur. Atqui post ὁ αὐτός sequitur relativum cum particula καί, sed illud praeterquam in nominativo non aspiratum, in his locis: I, 1, 4. τὸ δέ οἱ οὔνομα εἶναι κατὰ τὠυτὸ, τὸ καὶ Ἕλληνες λέγουσι. In hoc loco τό vett. editt. ante Gronovium habent; hio ex cod. Med. ὅ edidit, quod postea in quinque aliis codd., inter quos nonnulli optimis annumerandi sunt, repertum est. Wesselingius vero, τό in sedem suam reducens, acerrimus hic in operis initio Jonismi propugnator exstitit, a cujus tamen lege ipse postea saepius descivit. Neque ipse Schweigh. cum scriberet, Jonismo hoc constanter alias uti Herodotum, eorum locorum memor erat, ubi contrarii exempla prostant. II, 8, 3. ὄρος . . . . τεταμένον τὸν αὐτὸν τρόπον τὸν καὶ τοῦ Ἀραβίου τὰ πρὸς μεσαμβρίην φέροντα, ubi τόν a Gronovio primo additum sex codd. tuentur; tres vero cum vett. editt. omittunt. II, 92, 2. τοῖσι αὐτοῖσι νόμοισι χρέωνται, τοῖσι καὶ οἱ ἄλλοι Αἰγύπτιοι, ubi nulla varietas enotata est. III, 14, 6. τὠυτὸ ἐποίησε τὸ καὶ ἐπὶ τῇ θυγατρί, ubi quinque codd. καί ejiciunt, quorum unus τῷ etiam pro τό praebet; reliqui vero, inter hos optimi *a* et S. retinent. III, 22, 5. τὸν αὐτὸν λόγον τὸν καὶ περὶ τοῦ εἵματος εἶπε. Hic quoque duo codd. καί omittunt. IV, 171, 2. νόμοισι δὲ τοῖσι αὐτοῖσι χρέωνται τοῖσι καὶ οἱ ὑπὲρ Κυρήνης. Nullam varietatem enotatam reperio. IV, 172, 3. τρόπῳ παραπλησίῳ τῷ καὶ Μασσαγέται. Sic omnes habent. VI, 42, 3. ἐτάχθησαν δὲ σχεδὸν κατὰ τὰ αὐτὰ τὰ καὶ πρότερον εἶχον. VI, 92, 1. ἑσσωθέντες δὲ τῇ ναυμαχίῃ ἐπεκαλέοντο τούτους αὐτοὺς τοὺς καὶ πρότερον, Ἀργείους. auxilium petierunt ab eisdem, quos olim invoca-

vocaverant. Sic recte Schweigh. latine reddidit; non minus recte Steph. eosdem quos prius Argivos in auxilium vocaverunt. Sed hoc non est *τούτους αὐτούς* hos ipsos sed *τοὺς αὐτούς*. Suspicionem corruptelae praeterea augent tres codd. in quibus *οὕς* scriptum est. Sed recte unus cod. S. *ἐπεκαλέοντο τοὺς αὐτοὺς καὶ πρότερον*, pronomine relativo prorsus ejecto. VI, 192, 1. *δοκέοντες ταὐτὰ τοὺς Ἀθηναίους ποιήσειν, τὰ καὶ τοὺς Ἐρε τριέας ἐποίησαν*. VII, 13, 1. *ὁ δὲ Περσέων συναλίσας τοὺς αὐτοὺς τοὺς καὶ πρότερον συνέλεξε*. Sic enim ante Gronovium ediderunt, qui cod. Medicei auctoritate duas voces *τοὺς αὐτούς* ejecit, quae a quatuor etiam postea collatis codd. absunt. Reduxerunt eas vero in pristinam sedem Schaef. in editione majore, et Matthiae. Schweighäuser duas has voces recte abjectas censet, ut ex scholio adscitas; neque ego quicquam contradico. Possis tamen eodem jure suspicari, oculos librarii a priore *τούς* ad posterius aberrantes causam omissionis fuisse. VII, 17, 2. *ἦλθέ οἱ κατυπνωμένῳ τὠυτὸ ὄνειρον, τὸ καὶ παρὰ Ξέρξεα ἐφοίτα*. VII, 66, 2. *Λαδίκαι τὴν αὐτὴν σκευὴν ἔχοντες τὴν καὶ Βάκτριοι ἐστρατεύοντο*. VII, 168, 1. *λέγοντες τοὺς αὐτοὺς λόγους τοὺς καὶ πρὸς Γέλωνα ἔλεγον*. VIII, 43, 1. *Κορίνθιοι δὲ τὸ αὐτὸ πλήρωμα παρεχόμενοι τὸ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ* (ubi duo codd. Jonismum deserunt, ὅ dantes). Sed in VIII, 45. *Μεγαρέες δὲ τὠυτὸ πλήρωμα τὸ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ* nusquam ὅ scriptum reperitur; sed unus cod. S. prorsus abjicit, quem secuti sunt Schaef. in edit. maj. et Matth. VIII, 46, 4. *Στυρέες δὲ τὰς αὐτὰς παρείχοντο νῆας τὰς καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ*, quam lectionem duo praebent codd. at unus *τάςπερ καί*; quatuor vero cum omnibus vett. editt. ante Wesselingium *τάςπερ* sine *καί*. IX, 4, 1. *φέροντα τοὺς αὐτοὺς λόγους τοὺς καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν τοῖσι Ἀθηναίοισι διεπόρθμευσε*, ubi un. cod. *οὕς*. Est vero hic cod. F., qui fere ubique, ubi aspiratio invecta est, eam tenet. IX, 33, 8. *δεῖν ἔτι καὶ τὸν ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ Ἡγίην γίνεσθαι Σπαρτιήτην ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι λόγοισι τοῖσι καὶ αὐτὸς γίνεται*. Videmus itaque in majore exemplorum numero utrumque et relativum et particulam *καί* junctum adesse, aspiratione rejecta; in tribus tantum locis ab editionum scriptura recedere unum pluresve codices, spiritu adscito; in nonnullis *καί* omitti, in aliis solum *καί* apparere pronomine abjecto. Atque hoc non minus solenne esse apud Herodotum, ex his testimoniis liquebit: I, 94, 1. *Λυδοὶ δὲ νόμοισι παραπλησίοισι χρέωνται καὶ Ἕλληνες*. II, 102, 5. *τούτοισι ἐνέγραφε ἐν τῇσι στήλῃσι κατὰ ταὐτὰ καὶ τοῖσι ἀνδρηΐοισι τῶν ἐθνέων γενομένοισι* (*καί* deest in un. cod.) — III, 97, 3. *οἱ Αἰθίοπες — σπέρματι χρέωνται τῷ αὐτῷ καὶ οἱ Καλυντίαι Ἰνδοί* ubi duo codd. *τούτῳ τῷ* sine *καί*. — IV, 155, 7. *ὡς δὲ κατὰ ταὐτὰ ἐθέσπιζέ οἱ καὶ πρότερον*, ut e codd. editum est. Veteres editt. *ἐθέσπιζέ οἱ ᾗ καὶ πρότερον*, quod si *τῇ* esset, recte se haberet. Nunc vero aperte testatur, quid de his formis aspiratis, ubicunque contra legem propositam occurrunt, sentiendum sit. IV, 109, 1. *Βουδῖνοι δὲ οὐ τῇ αὐτῇ γλώσσῃ χρέωνται καὶ Γελωνοί*. V, 65, 4. *ἐόντες δὲ καὶ οὗτοι ἀνέκαθεν Πύλιοί τε καὶ Νηλεῖδαι, ἐκ τῶν αὐτῶν γεγονότες καὶ οἱ ἀμφὶ Κόδρον τε καὶ Μέλανθον*. V, 69, 1. *ἵνα μή σφισι αἱ αὐταὶ ἔωσι φυλαὶ καὶ Ἴωσι*. V, 92, 9. *φέρον ἐς τὠυτὸ καὶ τὸ τοῦ Ἠετίωνος*. VI, 21, 2. *οὐδὲν ὁμοίως καὶ Ἀθηναῖοι* scilic. Sybaritae fecerunt. Recte Schweigh. in ind. T. 2. p. 148. „nempe *ἐποίησαν* sive *ποιήσαντες* ad superiora relatum.“ VII, 50, 6. *οἱ πρὸ ἐμοῦ γενόμενοι βασιλέες γνώμῃσι ἐχρέοντο ὁμοίῃσι καὶ σύ*. Sic a Gronovio inde editum est, cum vett. editt. *ὁμοίῃσι τῇσι καὶ σύ* praebeant, quod in nullo codice esse videtur.

Atque ad nostrum locum Valckenaerius confitetur, hanc loquendi formulam, qua *καί* sine pronomine relativo ponitur, non minus Herodoto familiarem esse altera, quae pronomen sibi adjungit, quod ad IV, 109. negaverat. Quod vero duo codd. offerunt *ὁμοίησι καὶ σοι* e dittographia ortum videtur. Nam dativum solum sine *καί* Herodotus etiam ponit, ut postea manifestum fiet. VII, 84. *Πέρσαι μὲν τὴν αὐτὴν ἐσκευασμένοι καὶ ὁ πεζὸς αὐτῶν.* VII, 86, 1. 2. *Ἰνδοὶ δὲ σκευῇ μὲν ἐσεσάχατο τῇ αὐτῇ καὶ ἐν τῷ πεζῷ — — Βάκτριοι δὲ ἐσκευάδατο ὡςαύτως καὶ ἐν τῷ πεζῷ. — Παρικάνιοι ἐσεσάχατο ὁμοίως καὶ ἐν τῷ πεζῷ.* VII, 95, 1. *ὕστερον δὲ Ἰωνικὸν ἐκλήθη κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ οἱ δυωδεκαπόλις Ἴωνες.* VII, 100, 3. *παρέπλεε παρὰ τὰς πρώρας τῶν νεῶν ἐπειρωτῶν ἑκάστας ὁμοίως καὶ τὸν πεζόν.* Sic, cum antea fuisset *ὁμοίως ὥς καί*, e tribus codd. ediderunt Schaef. Gaisf. et Matth., ut jam Wesselingius voluerat, cui se non obtemperasse sero Schweigh. doluit T. 6. p. 349. VII, 115, 2. *ἅμα ἀγόμενος τούτων ἕκαστον τῶν ἐθνέων . . . ὁμοίως καὶ τῶν πρότερον κατέλεξα.* IX, 41, 1. *τούτου μέν νυν ἡ αὐτὴ ἐγίνετο καὶ Θηβαίων γνώμη.* — Potest vero etiam *καί* deesse, ut simplici pronomini tantum locus sit II, 79, 2. *συμφέρεται δὲ ωὐτὸς εἶναι, τὸν οἱ Ἕλληνες Λίνον ὀνομάζοντες ἀείδουσι.* V, 88, 1. *ἐπεὶ ἥ γε Ἑλληνικὴ ἐσθὴς πᾶσα ἡ ἀρχαίη τῶν γυναικῶν ἡ αὐτὴ ἦν τὴν νῦν Δωρίδα καλέομεν.* VII, 6, 4. *Πεισιστρατιδέων οἱ ἀναβεβηκότες ἐς Σοῦσα τῶν αὐτῶν λόγων ἐχόμενοι τῶν καὶ οἱ Ἀλευάδαι.* Saepe tum pronomini encliticum *πέρ* additur. Sic in loco, quem supra attulimus VIII, 46, 4. lectio nunc recepta *τὰς αὐτὰς νῆας τὰς καὶ ἐπ᾽ Ἀρτεμισίῳ* non melior est sed aeque bona quam vetus *τάςπερ ἐπ᾽ Ἀρτεμισίῳ.* cf. praeterea I, 171, 8. *τῷ οὐνόματι τῷ αὐτῷ διαχρεωμένους τῷπερ νῦν.* VII, 24, 3. *τοῖσι δὲ αὐτοῖσι τούτοισι, τοῖσίπερ καὶ τὸ ὄρυγμα, προςετέτακτο καὶ τὸν Στρύμονα ποταμὸν ζεύξαντες γεφυρῶσαι.* VIII, 42, 3. *Ναύαρχος μέν νυν ἐπῆν ωὐτὸς, ὅςπερ ἐπ᾽ Ἀρτεμισίῳ*, ad quem locum cum Schweigh. T. 6. p. 116. *ὅπερ* ab uno cod. oblatum non spernendum dicat, nam sic saepe apud poëtam esse, rursus epicas formas orationi Herodoteae, eas respuenti, obtrudit. Particulam *ὥς* quoque semel aut bis usurpatam videas. II, 30, 5. *ἔτι δὲ ἐπ᾽ ἐμεῦ καὶ Περσέων κατὰ ταὐτὰ αἱ φυλακαὶ ἔχουσι, ὡς καὶ ἐπὶ Ψαμμιτίχου ἦσαν.* IX, 82, 1. *κελεῦσαι τούς τε ἀρτοκόπους καὶ τοὺς ὀψοποιοὺς κατὰ ταὐτὰ καθὼς Μαρδονίῳ δεῖπνον παρασκευάζειν*, ubi Schaefer *καί* pro *καθώς* nullum librum secutus edidit. Tandem vero saepissime nudum dativum post haec vocabula e noto Graecismo Herodotus posuit: I, 32, 5. 10. — 95, 4. — 142, 2. II, 20, 4. — 41, 9. — 48, 2. — 67, 2. — 104, 7. — 116, 1. — 172, 6. — 176, 3. III, 16, 6. — 99, 3. IV, 17, 2. — 112, 2. — 116, 2. — 119, 3. — 150, 1. V, 4, 1. — 60, 2. — 93, 1. — 113, 2. — 117, 2. VI, 14, 4. — 58, 3. — 103, 2. VII, 3, 1. — 72, 1. — 77, 1. — 156, 2. VIII, 22, 3. IX, 77, 4, quam constructionem tetigerunt Valcken. et Schweigh. ad IV, 109. Ut jam ad tres istos locos redeamus, unde argumentatio nostra orsa est, patebit sane, *ἅ* et *ᾧ* et *ἦν* ferri non posse. Jam cum in primo loco III, 13, 4. pro *ἃ* duo codd. *ὡς* offerant post *ὁμοίως*, aut sic scribendum est, aut cum hoc etiam alibi intrusum videamus, optime de loco actum videtur, voce prorsus ejecta. In secundo vero loco IV, 62, 5. utrum *ᾧ* ejicias, an *τῷ* scribas non definio; alterutrum sane necessarium est. In tertio vero VII, 86, 3. *ἦν* recentiore demum tempore in orationem illatum in posterum denuo exulabit, idque eo certius quod in eodem capitulo ter jam simplex *καί* sine pronomine praecesserat. Verba ipsa supra excitavimus.

Secundum vero genus eorum locorum constituimus ubi tota periodus a relativo incipit. Forsan enim aliqui ejus opinionis esse possint, ut ita distinguant inter utramque relativi formam, ut quae a spiritu incipiat, in initio sententiae ponatur, idque his exemplis confirment: I, 91, 5. *οὐ συλλαβὼν δὲ (Κροῖσος) τὸ ῥηθὲν οὐδ' ἐπανειρόμενος ἑωυτὸν αἴτιον ἀποφαινέτω. ᾧ καὶ τὸ τελευταῖον χρηστηριαζομένῳ εἶπε τὰ εἶπε Λοξίης περὶ ἡμιόνου· οὐδὲ τοῦτο συνέλαβε.* Sed hujus loci ita impedita est structura, ut forsan praestet de eo tacere. Valla in versione a Stephano recognita quidem, sed h. l. non mutata, grammaticam loci conformationem prorsus non assecutus est: Quod autem ultimo responso ait Apollinem dixisse de mulo, ne hoc quidem discussit. Praetereo Larcherii et Langii interpretationes; nam ille, ut solet, sententiam tantum, quae non obscura est, reddidit; hic vero Schaeferi mutationem secutus videtur. Schweighäuser locum Latine sic expressit: Eidem vero etiam tertium consulenti respondit Apollo ea quae de mulo respondit: at ille ne hoc quidem intellexit. Quasi esset *ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο συνέλαβε.* Certe locus facili junctura destitutus est. Jam cum in tribus codd. verba *τὰ εἶπε* desint, Valckenaerius si prius *εἶπε* codicibus abesset, ob sequentia censeret adjectum, pristinamque scriptionem hanc fuisse: *τῷ καὶ τὸ τελευταῖον χρηστηριαζομένῳ τὰ εἶπε Λοξίης περὶ ἡμιόνου οὐδὲ τοῦτο συνέλαβε.* Bene scripsit *τῷ*, sed qua de causa motus, nescio. Atque sic omnia sane expedita sunt; nam ne quis in *τοῦτο* ad *τά* relatum haereret, idem providit. Schaefer vero in edit. maj., ut in Schweigh. nota video, scripsit *τὸ* (pro *ᾧ*) *δὲ τὸ τελευταῖον χρηστηριαζομένῳ εἶπε Λοξίης περὶ ἡμιόνου οὐδὲ τοῦτο συνέλαβε*; in ea vero editione, quae Reizii nomen prae se fert, lenius etiam *ᾧ* delevit, *καί* retinens, ita ut *τὸ τελευταῖον* pro *ὅ τε ἐνιαῖον* sit. Atque hoc sane etiam mihi verissimum videtur. Nam qua ratione Matthiae, qui receptam lectionem et interpunctionem in oratione ipsa scriptoris retinuit, in notis pag. 287, commate post *ἡμιόνου* posito, *τό* in vocibus *τὸ τελευταῖον* pro *ὅ* accipi posse contendat, equidem non video; quis enim hoc feret *οὐ συνέλαβε τοῦτο, ὃ Λοξίης εἶπε τὰ εἶπεν.* Sed utut de hoc loco statuatur, si dativum *ᾧ* retinendum quis contendat, in *τῷ* saltem cum Valcken. eum mutari debere, statim patefiet. Progrediar jam ad cetera hujusmodi exempla a spiritu incipientis pronominis enotanda. III, 16, 6. *οὐκ Ἄμασις ἦν ὁ ταῦτα παθὼν ἀλλ' ἄλλος τις τῶν Αἰγυπτίων, ἔχων τὴν αὐτὴν ἡλικίην Ἀμάσι· ᾧ λυμαινόμενοι Πέρσαι ἐδόκεον Ἀμάσι λυμαίνεσθαι.* III, 72, 2. *φυλακὰς γὰρ δὴ διεστεώσας οἶδάς κου καὶ αὐτὸς εἰ μὴ ἰδὼν ἀλλ' ἀκούσας· ἃς τέῳ τρόπῳ περήσομεν;* Hos locos ab iis, qui postea citabuntur, segregabimus. In his enim, (sicut in praecedente, si lectio sana est) relativum connectit enuntiationem primariam aliquam cum praecedentibus, ita ut ejus loco demonstrativum addita particula substituere possis, ut h. l. *τούτῳ οὖν* et *ταύτας οὖν.* Sed in hoc quoque relativi usu Herodotum aspirationem sprevisse haec monstrabunt exempla. I, 51, 4. *Περιρραντήρια δύο ἀνέθηκε, χρύσεόν τε καὶ ἀργύρεον· τῶν τῷ χρυσέῳ ἐπιγέγραπται, Λακεδαιμονίων.* — 111, 4. — II, 77, 5. — 112, 1. — 123, 3. *τούτῳ τῷ λόγῳ εἰσὶ οἳ Ἑλλήνων ἐχρήσαντο, οἱ μὲν πρότερον, οἱ δὲ ὕστερον, ὡς ἰδίῳ ἑωυτῶν ἐόντι· τῶν ἐγὼ εἰδὼς τὰ οὐνόματα οὐ γράφω.* — III, 60, 6. *Τρίτον δέ σφι ἐξέργασται νηὸς μέγιστος πάντων νηῶν, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν· τοῦ ἀρχιτέκτων πρῶτος ἐγένετο Ῥοῖκος.* — 65, 2. — IV, 43, 8. — 81, 2. — Et ne plura addam, quae ubique reperiuntur, vide VI, 125, 5. — 126, 4. —

VII, 102, 1. *ἀρετὴ δὲ ἔπακτός ἐστι, ἀπό τε σοφίης κατεργασμένη καὶ νόμου ἰσχυροῦ· τῇ διαχρεωμένη ἡ Ἑλλὰς τήν τε πενίην ἀπαμύνεται καὶ τὴν δεσποσύνην.* Noli itaque dubitare, quin in locis supra allatis *τῷ λυμαινόμενοι* et *τὰς τέῳ τρόπῳ* Herodotus scripserit. — Sed longe aliam rationem hi tres loci sequuntur: I, 216, 2. *ὃ γὰρ Σκύθας φασὶ Ἕλληνες ποιέειν, οὐ Σκύθαι εἰσὶ οἱ ποιέοντες ἀλλὰ Μασσαγέται.* II, 83, 2. *καὶ ὅγε μάλιστα ἐν τιμῇ ἄγονται πάντων τῶν μαντηΐων, Λητοῦς ἐν Βουτοῖ πόλι ἐστί.* IV, 82, 2. *ὃ δὲ ἀποθωυμάσαι ἄξιον καὶ* (etiam) *παρὲξ τῶν ποταμῶν καὶ τοῦ μεγάθεος τοῦ πεδίου παρέχεται, εἰρήσεται.* In his enim relativum non enuntiationem aliquam primariam cum praecedentibus connectit, sed in praemissa enuntiatione secundaria positum ad hanc sequentem primariam refertur. Ejusmodi oratio plerumque non *ἀσύνδετος* est; quapropter periodus incipere solet a praeposito *καί* aut a postpositis *δέ, γάρ, οὖν* aliis. At paucis verbis praemissis, quae partem enuntiationis primariae efficiunt, aut in oratione quam pendentem vocant, nulla particula ejusmodi addi pronomini potest. Saepe relativo, quod tali modo praemittitur, in sequente enuntiatione primaria respondet correlativum, ut cum nostris grammaticis loquar, *οὗτος*; saepe vero ad solum nomen aliquod refertur, quod in enuntiatione primaria sequitur; nonnunquam vero nil ei respondet, sed hoc e nexu orationis supplendum est, ut in omnibus iis locis, quos supra laudavimus, *ὅ* ad suppressum *τοῦτο* refertur. Verum enim vero in omnibus ejusmodi locis Herodotum eam formam unice posuisse, quae a consonante *τ* incipit, magna exemplorum nunc afferendorum multitudo docebit. I, 5, 80. *τὸν δὲ οἶδα αὐτὸς πρῶτον ὑπάρξαντα ἀδίκων ἔργων ἐς τοὺς Ἕλληνας, τοῦτον σημήνας προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου.* I, 14, 3. *καὶ τοῦ μάλιστα μνήμην ἄξιον ἔχειν ἐστὶ, κρητῆρές οἱ ἀριθμὸν ἓξ χρύσεοι ἀνακέαται.* I, 39, 1. *τὸ δὲ οὐ μανθάνεις ἀλλὰ λέληθέ σε τὸ ὄνειρον, ἐμέ τοι δίκαιόν ἐστι φράζειν.* Et ne longiores simus in verbis transscribendis, solum ea inde afferemus, unde quomodo periodus procedat, intelligatur. I, 113, 2. *τὸν μὲν ἔφερε . . . τοῦτον παραδιδοῖ.* I, 128, 3. *καὶ τοὺς ἐξήγαγε . . ἀπέβαλε.* I, 133, 6. *τὰ δ' ἂν . . . προβουλεύσωνται, ... ἐπιδιαγινώσκουσι.* I, 173, 2. *τὴν γὰρ . . . . νέμονται, αὕτη — — ἦν.* I, 191, 4. *ἀπικόμενος δὲ ἐπὶ τὴν λίμνην, τάπερ ἡ τῶν Βαβυλωνίων βασίλεια ἐποίησε . . . . ἐποίεε καὶ ὁ Κῦρος ἕτερα τοιαῦτα.* I, 216, 2. *τῆς γὰρ ἐπιθυμήσει . . . . μίσγεται.* II, 24, 3. *τῆς γὰρ . . . ταύτην.* II, 40, 1. *τὴν δ' ὦν . . . ταύτην* *). II, 45, 3. *τοῖσι γὰρ . . . . κῶς ἂν*

---

*) *τὴν δ' ὦν μεγίστην τε δαίμονα ἥγηνται εἶναι καὶ μεγίστην οἱ ὁρτὴν ἀνάγουσι, ταύτην ἔρχομαι ἐρέων.* Nescio quid Schweighäusero in mentem venerit, ut sanissima haec verba immutaret, *ταύτῃ* scribens, quod Gaisf. retinuit. Matth. vero ad veterem lectionem rediit. Haec vero Schweigh. sunt verba: „*ταύτην* vulgo „legebatur, ex paradiorthosi, ut mihi videtur. *ταύτῃ* habet noster F, pro quo „*ταύτῃ* posui, intelligens *ταύτῃ τίς* (vel *οἵη τις*) *ἐξαίρεσις καὶ καῦσις κατέστηκε.* „Nec vero sic nunc prorsus persanatum locum spondeam.“ Video quidem, quid Schweighäuser voluerit; sed quomodo verba ita intelligi possint, non assequor. Negligenter suo more Herodotus locutus est, *ταύτην*, quod grammatica cum *τήν* (i. e. *ἥν*) *μεγίστην δαίμονα* jungit, ad *ὁρτήν* referens. Sententia enim est: *τὴν δὲ μεγίστην ὁρτὴν τῇ μεγίστῃ δαίμονι ἀνάγουσι, ταύτην ἔρχομαι ἐρέων.*

οὗτοι. II, 50, 3. *τῶν δὲ . . . οὗτοι,* II, 61, 2. *τὸν δὲ τύπτονται, οὔ μοι ὅσιόν ἐστι λέγειν* *). II, 65, 3. *τὰ δὲ . . . εἴρηκα, . . . εἶπον.* ibid. 5. *τὸ δ' ἂν — τοῦτο.* ibid. 7. *τὸ δ' ἄν τις τῶν θηρίων τούτων ἀποκτείνῃ . . . θάνατος ἡ ζημίη.* II, 135, 3. *τῆς γὰρ . . . . οἱ* (i. e. *ταύτῃ*) **). II, 175, 3. *τὸ δὲ οὐκ ἥκιστα αὐτῶν, ἀλλὰ μάλιστα θωυμάζω, ἔστι τόδε.* III, 6, 1. *τὸ δὲ . . . τοῦτο.* III, 20, 2. *τὸν ἂν . . . τοῦτον.* III, 45, 4. in oratione pendente, (cf. antea) *οὐδὲ λόγος αἱρέει, τῷ . . . ἦσαν, τοῦτον . . . ἑσσωθῆναι.* III, 47, 4. *τῶν δὲ εἵνεκα θωυμάσαι ἄξιον, ἁρπεδόνη ἑκάστη τοῦ θώρηκος ποιέει.* III, 65, 8. *τὸν μὲν . . . οὗτος.* III, 75, 2. *ὁ δὲ, τῶν προςεδέοντο . . . τούτων ἐπελήθετο.* III, 81, 1. *τὰ μὲν Ὀτάνης εἶπε . . . λελέχθω κἀμοὶ ταῦτα· τὰ δ' ἐς τὸ πλῆθος ἄνωγε φέρειν τὸ κράτος, γνώμης τῆς ἀρίστης ἡμάρτηκε.* III, 103, 1. *τὸ δὲ . . . τοῦτο.* III, 136, 4. *καὶ τὰ παρέλαβε . . . ἀπέδωκε.* IV, 9, 8. *τὸν μὲν . . . τοῦτον.* IV, 11, 2. *τὴν γὰρ . . . αὕτη.* IV, 14, 1. *τὸν δὲ ἤκουον λόγον . . . λέξω.* IV, 46, 5. *τοῖσι γὰρ μήτε ἄστεα μήτε τείχεα ᾖ ἐκτισμένα . . . κῶς οὐκ ἂν εἴησαν.* IV, 69, 4. *τοὺς δὲ . . . τούτων.* IV, 145, 8. *τὰς δὲ . . . ἤγοντο, ἐξέδοσαν.* IV, 172, 6. *τὸ δὲ . . . τούτῳ.* IV, 180, 10. *καὶ τῷ . . . τούτου.* IV, 204, 1. *τοὺς δὲ . . . τούτους.* V, 34, 3. *ὡς δὲ τά τε ἔχοντες ἦλθον χρήματα οἱ Πέρσαι, ταῦτα καταδεδαπάνητό σφι.* VI, 86, 16. *τοῦ δὲ εἵνεκα ὁ*

---

*) *Ὅσιον* est, fere ut Latinorum fas, omne quod per religionem non vetitum est; *τόπος ὅσιος* per se nullus est, nisi addito eo, quod in hoc loco facere licitum sit. Moneo hoc propter Voigtium nostrum, acutissimum veteris Borussorum historiae indagatorem, eundemque disertissimum rerum Borussicarum enarratorem, qui in historia Borussiae T. 1. pag. 632 — 649 rejectis aliorum virorum de nominibus veteris Borussiae conjecturis, obscurum nomen Plinii Oserictam interpretatur *ὁσίην Ῥίκταν.* Rictam enim significare sedem domini; esse itaque sacratam domini sedem, quam adire nemini licuerit. Verum hoc ferri nequit. Si Ricta illa, quaecunque fuerit, *ὁσία* fuit, tum addi debet, quid ibi facere licuerit; nam locum quem intrare vetitum fuerit, *ὅσιον* nunquam nominare possumus. Mulier parturire se simulans apud Aristoph. Lysistr. 743. 744. Invern. *ὦ πότνι' Εἰλείθυι' ἐπίσχες τοῦ τόκου, ἕως ἂν εἰς ὅσιον μόλω 'γὼ χωρίον* ubi Schol. *ἀντὶ τοῦ, εἰς βέβηλον καὶ μὴ ἱερὸν, ἀλλ' ὅσιον εἰς τοκετόν.* Patet hinc, eundem locum non dici posse *ὅσιον* et *ἀβέβηλον,* quae alia viri doctissimi conjectura est, Abalon scilicet, quo alio nomine idem locus apud Plinium vocetur, vitiatum esse ex *ἀβέβηλον.* Praeterea credendumne est vocabulum rarissimum *ἀβέβηλος*, quod, cum Sophocles eo usus esset, glossographis plurimis dignum interpretatione visum est, quodque Plutarchus vocabulorum poëticorum sectator alicubi posuit, nautis et mercatoribus ita notum fuisse, ut silvam sacram advenientes sic vocarent?

**) Huc quoque pertinet II, 155, 4. *τὸ δέ μοι τῶν φανερῶν θῶυμα μέγιστον παρεχόμενον φράσω,* si recipias, quod vett. editt. praebent ante Gronovianam *τὸ δέ μοι τῶν φανερῶν ἦν θῶυμα μέγιστον;* &c. quodque non solum cod. S. teste Gaisfordio, nam Wesselingius hoc praetervidit, sed etiam e Parisinis cod. b., quem memorare Gaisf. oblitus est, praebet. cf. 156, 1. *οὕτω μέν νυν ὁ νηὸς τῶν φανερῶν μοι τῶν περὶ τοῦτο τὸ ἱρόν ἐστι θωυμαστότατον.*

λόγος ὅδε ὡρμήθη λέγεσθαι ἐς ὑμέας, εἰρήσεται. VII, 8, 4. τὰ μέν νυν ... κατεργάσαντο ἔθνεα, ἐπισταμένοισι εὖ οὐκ ἄν τις λέγοι. VII, 52, 1. τῶν ἀπεφήναο γνωμέων σφάλλεαι κατὰ ταύτην δὴ μάλιστα; ubi particula connectens jure non legitur, cum ab his verbis Xerxes loqui incipiat. VII, 99, 4. τῶν δὲ κατέλεξα πολίων ἡγεμονεύειν αὐτὴν, τὸ ἔθνος ἀποφαίνω πᾶν ἐὸν Δωρικόν. VII, 154, 4. τῶν δὲ εἶπον πολίων, τουτέων πλὴν Συρακουσίων οὐδεμία πέφευγε δουλοσύνην, ubi reliqui quos vidi omnes recte interpungunt, Gaisfordius vero cum Stephano τουτέων praecedentibus adjungit. VII, 188, 3. Ὅσοι μέν νυν ... καὶ τοῖσι .. οἱ δέ. VII, 234, 3. τὸ δὲ θέλεις ἐκμαθέειν, εἰδήσεις. VIII, 27, 4. προείπας αὐτοῖσι, τὸν ἂν ἴδωνται ... τοῦτον κτείνειν. VIII, 55, 1. τοῦ δὲ εἵνεκεν τούτων ἐπεμνήσθην, φράσω. VIII, 80, 1. τὰ γὰρ ἐγὼ ἐδεόμην γενέσθαι, αὐτὸς αὐτόπτης γενόμενος ἥκεις. IX, 26, 4. ἐκ δὲ τοῦ Πελοποννησίου στρατοπέδου, τὸν ἂν ... τοῦτον. Sufficiunt sane haec omnis generis exempla ut in tribus illis locis, ubi aspiratio editiones obsidet, τό pro ὅ scribendum censeamus; et ne quis ὅγε forsan in secundo loco II, 83, 2. defendat exemplo ab ὅ, τι petendo, non solum τόπερ et similia afferam, nunquam aliter dicta, sed ipsum τοῦ γε monstrabo in II, 111, 7. καὶ τοῦ γε λόγον μάλιστα ἄξιόν ἐστι ἔχειν, ἐς τοῦ Ἡλίου τὸ ἱρὸν ἀξιοθέητα ἀνέθηκε ἔργα — et τῇ γε. VII, 139, 1. ὅμως δὲ τῇ γέ μοι φαίνεται εἶναι ἀληθές, οὐκ ἐπισχήσω. Nam praeter hos tres locos encliticam γέ simplici pronomini relativo junctam non memini.

Sic perventum est ad ultimum genus eorum locorum, in quibus ᾗ servant editi, elliptice sive adverbialiter ut dixi positum. Sed ex numero horum exemplorum duo statim eximemus, ubi codd. alia eaque meliora praebent. II, 32, 4. τῆς γὰρ Λιβύης τὰ μὲν κατὰ τὴν βορηΐην θάλασσαν ἀπ᾽ Αἰγύπτου ἀρξάμενοι μέχρι Σολόεντος ἄκρης, ᾗ τελευταὶ τῆς Λιβύης, παρήκουσι παρὰ πᾶσαν Λίβυες. Sic Gaisf. edidit e Wesselingii conjectura. Editiones vett. et omnes fere codd. praebent ἣ τελευτᾷ τῆς Λιβύης; ex uno tantum cod. K. (Ask.) τελευταί a Wesselingio affertur, sed cum utrum ἡ an ᾗ praebeat non additum sit, per vero similis mihi videtur Schweigh. opinio, esse in eo, sicut in cod. F., τελευταῖ, iota ad latus adscripto. Reliquae recentiores editiones a Reizio inde ex Reiskii conjectura, non minus Wesselingio probata, dederunt ᾗ τελευτᾷ τὰ τῆς Λιβύης, quod sine dubio praeferendum. Alter locus est IV, 120, 3. αὕτη μέν σφι μία ἦν μοῖρα τῆς βασιληΐης, τεταγμένη ταύτην τὴν ὁδὸν, ᾗπερ εἴρηται. Noli dubitare quin rescribendum sit, quod ex duobns codd. diserte affertur ἥπερ εἴρηται. Sed supersunt praeterea hi loci: I, 109, 2. ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν λέγει· νῦν ὦν τί σοι ἐν νόῳ ἐστὶ ποιέειν; ὁ δὲ ἀμείβεται· οὐκ ᾗ ἐνετέλλετο Ἀστυάγης, ubi quod unus cod. in margine habet ὡς est illud quidem ex explicatione, sed similiter pro τῇ ἐγὼ λέγω VII, 209, 9. duo codd. praebent ὡς ἐγὼ λέγω. Quod simplicissimum videri possit, οὐ κῇ ἐνετέλλετο Ἀστυάγης non Graecum est, etsi Reiskio forsan placuisset. cf. Reiz. in epist. ad Garv. pag. XIII. ima. scribendum esse οὐ τῇ aut οὐκ ὅκη ex iis quae postea dicentur apparebit. — — V, 30, 8. ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Νάξιοι προσέθεσαν τῷ Ἀρισταγόρῃ πρήσσειν ᾗ δύναιτο ἄριστα. Sed τῇ scribendum ex VIII, 41, 1. κήρυγμα ἐποιήσαντο, Ἀθηναίων τῇ τις δύναται, σώζειν τὰ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας. et IX, 60, 2. ἀμυνομένους γὰρ τῇ δυνάμεθα ἄριστα περιστέλλειν ἀλλήλους. — Alia ratio obtinet in III, 51, 3, Περίανδρος δὲ νόῳ λαβὼν καὶ τοῦτο, καὶ μαλακὸν ἐνδιδόναι βουλόμενος οὐδέν, ᾗ ὁ ἐξελασθεὶς ὑπ᾽ αὐτοῦ παῖς δίαιταν ἐποιέ-

ετο, ἐς τούτους πέμπων ἀγγέλους, ἀπηγόρευε μή μιν δέκεσθαι οἰκίοισι. Hoc enim exemplum ejusdem generis est, quod antea explicuimus. Relativum in praemissa enuntiatione secundaria refertur ad sequentem enuntiationem primariam, et comitem in ea habet correlativum *ἐς τούτους*; unde patet *ῇ* nihil aliud esse quam *παρ' οἷς*. In ejusmodi vero periodi conformatione Herodotum sprevisse spiritum asperum, et adscivisse consonantem *τ*, ex multis aliis exemplis supra docuimus, ad quae lectorem ablegamus, hic tantum ea addentes, ubi *τῇ* prorsus eodem modo positum reperitur. I, 174, 4. *τῇ γὰρ ἡ Κνιδίη χώρη ἐς τὴν ἤπειρον τελευτᾷ, ταύτῃ ὁ ἰσθμός ἐστι τὸν ὤρυσσον.* II, 158, 5. *τῇ δὲ ἐλάχιστόν ἐστι καὶ συντομώτατον . . . . . ἀπὸ τούτου εἰσὶ στάδιοι χίλιοι.* IV, 140, 4. *Σκύθαι μέν νυν τῆς σφετέρης χώρης τῇ χιλὸς . . . ἦν, ταύτῃ διεξιόντες ἐδίζηντο.* VI, 133, 4. *καὶ τῇ μάλιστα ἔσκε ἑκάστοτε ἐπίμαχον τοῦ τείχεος, τοῦτο ἅμα νυκτὶ ἐξῄρετο διπλήσιον τοῦ ἀρχαίου.* VII, 40, 2. *τῇ δὲ ὑπερημίσεες ἦσαν, ἐνθαῦτα διελέλειπτο.* VIII, 68, 5. *τῇ δὲ ἐγὼ δοκέω ἀποβήσεσθαι τὰ τῶν ἀντιπολέμων πρήγματα, τοῦτο φράσω.* IX, 63, 1. *τῇ δὲ ἐτύγχανε αὐτὸς ἐὼν Μαρδόνιος . . . . ταύτῃ δὲ καὶ μάλιστα τοὺς ἐναντίους ἐπίεσαν.* — Hoc jam quasi profligato, occurrunt nobis velut agmine facto quinque loci, vim adverbialem voculae *ῇ* defensuri. In omnibus his locis colon, quod ab *ῇ* incipit, enuntiationis est secundariae, pendentis a praegressa primaria, et non semper ad certum aliquid, quod praecedat, correlativum vox haec refertur. VII, 163, 2. *πέμπει . . . Κάδμον . . . ἐς Δελφοὺς ἔχοντα χρήματα πολλὰ καὶ φιλίους λόγους, καραδοκήσοντα τὴν μάχην, ῇ πεσέεται.* (hic enim *ῇ* non ad *τὴν μάχην* referri vix est, quod moneam. Nota est ratio loquendi pro *καραδοκήσοντα ῇ ἡ μάχη πεσέεται.*) VII, 168, 3. *ἀνεκώχευον τὰς νέας καραδοκέοντες καὶ οὗτοι τὸν πόλεμον, ῇ πεσέεται.* VII, 175, 1. *ἐβουλεύοντο πρὸς τὰ λεχθέντα ἐξ Ἀλεξάνδρου, ῇ τε στήσονται τὸν πόλεμον καὶ ἐν οἵοισι χώροισι.* IX, 21, 1. *Μεγαρέες ἔτυχον ταχθέντες, ῇ τὸ ἐπιμαχώτατον ἦν τοῦ χωρίου παντός.* IX, 67, 3. *ἔφευγον ἐς τὰς Θήβας οὐκ ᾗπερ οἱ Πέρσαι.* Sed hi quoque loci, ubi sequentium exemplorum numerum iis opposuerimus, simile fatum, ac reliqui quos tractavimus, non effugient, similemque mutationem subire coacti erunt. I, 30, 10. *καί μιν Ἀθηναῖοι δημοσίῃ τε ἔθαψαν αὐτοῦ τῇπερ ἔπεσε,* qui locus jam solus sufficeret, ut supra bis *τῇ πεσέεται* corrigeremus. Nam eo haud facile quisquam delabetur, ut propter significationem vel propriam vel translatam, qua in his locis *πίπτειν* occurrit, discrimen inter *ῇ* et *τῇ* statuat. I, 84, 2. *ἀνὴρ . . . προσβαίνων . . . κατὰ τοῦτο τῆς ἀκροπόλιος, τῇ οὐδεὶς ἐτέτακτο φύλακος.* ibid. 3. *ἀπότομος . . . . ἐστὶ ταύτῃ ἡ ἀκρόπολις . . . . τῇ οὐδὲ Μήλης . . . . μούνῃ οὐ περιήνεικε τὸν λέοντα.* ibid. 4. *κατὰ τὸ ἄλλο τεῖχος, τῇ ἦν ἐπίμαχον τὸ χωρίον.* Haec quae attulimus certo quomodo quartus locus scribendus sit, demonstrant. — I, 86, 6. *πάντα ἀποβεβήκοι, τῇπερ ἐκεῖνος εἶπε* — I, 120, 1. *ἀπικομένους δὲ εἴρετο ὁ Ἀστυάγης, τῇ ἔκρινάν οἱ τὴν ὄψιν.* I, 151, 3. *τῇσι δὲ λοιπῇσι πόλισι ἕαδε κοινῇ Ἴωσι ἕπεσθαι, τῇ ἂν οὗτοι ἐξηγέωνται.* I, 185, 8. — 191, 2. *τάξας — τῇ . . . καὶ . . . τῇ.* — 203, 1. — II, 8, 2. 5. — 11, 2. — 15, 2. — 26, 2. (bis) — 29, 10. — 33, 6. — 67, 4. — 82, 1. — 106, 2. (bis) — 120, 5. — 124, 6. — 149, 2. — III, 64, 4. — 125, 5. — IV, 44, 1. (*Δαρεῖος*) *βουλόμενος . . . . . τοῦτον τὸν ποταμὸν εἰδέναι τῇ ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ,* quod eodem modo dictum est quo *καραδοκεῖν τὸν πόλεμον ῇ πεσεῖται.* — IV, 53, 3. — 62, 8. *χεὶρ δὲ τῇ ἂν πέσῃ κέεται.* — IV, 85, 2. — V, 33, 5. — VI, 74, 2. — 113, 1. hic unus ille cod. F., de quo supra jam locuti su-

mus, ᾗ nobis offert, merito repudiatum ab editoribus. VII, 9, 7. — 10, 21. (bis) — 22, 4. — 31, 1. — 115, 3. — 139, 1. — 173, 7. — 176, 2. — 178, 3. — 209, 9. *ἢν μὴ ταῦτά τοι ταύτῃ ἐκβῇ, τῇ ἐγὼ λέγω.* Antea jam pag. 30. monuimus, duo codices hic ex interpretatione *ὡς* praebere. Sed non silentio praetereundum est in ejusdem capituli sect. 4. pro *λέγοντα τάπερ ὦρων ἐκβησόμενα πρήγματά ταῦτα* certissima, ut videtur, conjectura Reiskium scribere *τῇπερ*. VII, 216, 2. — 228, 1. *Θαφθεῖσι δὲ ταύτῃ, τῇπερ ἔπεσον.* VII, 236, 6. *γνώμην ἔχε τὰ τῶν ἀντιπολέμων μὴ ἐπιλέγεσθαι πρήγματα, τῇτε στήσονται τὸν πόλεμον τά τε ποιήσουσι ὅσοι τε πλῆθός εἰσι,* quod unice corroborat scripturam tertii loci supra citati. — VII, 239, 1. — VIII, 13, 2. — 53, 2. — 68, 5. *τῇ δὲ ἐγὼ δοκέω ἀποβήσεσθαι τὰ τῶν ἀντιπολέμων πρήγματα.* — VIII, 121, 3. — 143, 3. — IX, 57, 2. — 66, 2. — 70, 4. — 97, 1. — 118, 1. Haec sane sufficient, ut etiam in his locis quid ubique scribendum sit intelligatur. Sed de duobus locis dubitatio tamen mihi suborta est, de VII, 163, 2 et 168, 3. ubi exstat *καραδοκεῖν τὴν μάχην, τὸν πόλεμον, ᾗ πεσεῖται.* Nam ᾗ incorrectum manere non potest; *τῇ* scriptum fuisse verisimile est, ut ex tot locis allatis patet. Sed fieri tamen potest, ut Herodotus non *τῇ* sed *κῇ* scripserit. Sic I, 32, 16. legimus in omnibus et scriptis et editis libris *σκοπέειν δὲ χρὴ παντὸς χρήματος τὴν τελευτὴν κῇ ἀποβήσεται* et in VIII, 67, 1. olim edebatur *Πάριοι δὲ ὑπολειφθέντες ἐν Κύθνῳ ἐκαραδόκεον τὸν πόλεμον τῇ ἀποβήσεται;* duo codd. praebuerunt *ᾗ ἀποβήσεται;* quinque alii dederunt *κῇ*. Wesselingius fluctuans *τῇ* retinuit; post eum vero ab omnibus *κῇ* receptum est. Et cur hic quidem *κῇ* scribi, at alibi I, 109, 2. *οὐκ ᾗ* non in *οὐ κῇ* transire posse dixerim, causa in aperto est; nam pro vero relativo interrogativum *κῇ* poni nequit; in interrogatione vero pendente et interrogativum et relativum locum habet. Sed neque *ὅκῃ* in omnibus his locis Herodotum spreturum fuisse, monstrat VIII, 130, 7. *ἅμα δὲ καὶ ὠτακουστέον, ὅκῃ πεσέεται τὰ Μαρδονίου πρήγματα.*

Jam ad alteram hujus disquisitionis partem transgredimur, quae de usu casuum obliquorum post praepositiones explicabit. Hic vero ambae formae obtinent, tam ea quae ab aspiratione incipit, quam quae literam *τ* in fronte gerit. Nam **ubique, ubi relativum praepositionem sequitur, quae apostrophum pati potest, praepositio ultimam vocalem amittit, et relativum *τ* praefixum aspernatur.** Apostrophum vero patiuntur hae decem praepositiones, *ἀμφί, ἀνά, ἀντί, ἀπό, διά, ἐπί, κατά, μετά, παρά, ὑπό.* Ex his vero eae duae, quas primo loco posuimus *ἀμφί* et *ἀνά*, nusquam apud Herodotum ante relativum occurrunt, quod mirum forsan nonnullis videbitur; sed alia etiam mira vocantur, quorum causas reddere nequeas. Reliquarum haec sunt exempla:

Ἀντί.

ἀντ' ὧν III, 140, 10. ubi mirum in omnibus libris hucusque *ἀνθ' ὧν* servari potuisse.

Ἀπό.

ἀπ' οὗ II, 44, 2. Etiam hic, uno Schäfero excepto, omnes *ἀφ' οὗ* *) Rectam

*) Neglectam dialecti rationem in hoc exemplo agnovit Kön. quoque ad Gregor. p. 399.

tam scripturam Schweigh. in annotatione critica probare videtur. — II, 146, 4 — III, 98, 1. (un. cod. *ἀπ᾽ ὧν*) — IV, 66, 1. — V, 98, 1. — VII, 150, 2.

ἀπ᾽ ἧς I, 1, 4. — 47, 1. — 90, 6. — III, 14, 1. — 23, 2. — 155, 6. — IV, 81, 2. — VII, 121, 1. — 192, 1. — IX, 49, 3. — 81, 1. (ter.)

ἀπ᾽ ὧν IV, 88, 2. — VII, 158, 2. — VIII, 87, 1.

Διά.

δι᾽ οὗ I, 51, 5.*) III, 60, 3. — VII, 128, 1. — 129, 5.

δι᾽ ἧς II, 22, 7. — 34, 1.

δι᾽ ὧν I, 199, 4. — II, 29, 6. — IV, 53, 4. — VII, 110, 1. — 130, 3.

δι᾽ ἥν I, init. — III, 119, 1. — IV, 80, 2. — VII, 175, 3.

δι᾽ ὅ III, 16, 4. (ubi pro *δι᾽ ὅ περ* duo codd. *διότι περ*) — VII, 6, 6. (ubi vulgari modo *διό* scribitur) — VII, 8, 7.

δι᾽ ἅ VI, 92, 5. *διὰ δὴ ὧν σφι ταῦτα δεομένοισι ἀπὸ μὲν τοῦ δημοσίου οὐδεὶς Ἀργείων ἔτι ἐβοήθεε.* Hanc scripturam inde a Gronovio demum editiones tenere videntur. Saltem apud Stephanum nondum comparet. Sex codd. dederunt *ὧν σφι*; qui hoc receperunt, ii *διά* pro *δι᾽ ἅ* accepisse videntur, quod per se minime improbandum; sed tum *ταῦτα δεομένοισι* vix Herodoteum puto pro *τούτων*, tum ipsum *ταῦτα* plurali numero positum displicet. Quare assentiendum duco veteribus editionibus et tribus codd. inter quos optimi sunt *S.* et *a.*, has voces omittentibus, quas, ut nunc video, Matthiae ut suspectas uncis inclusit.

Ἐπί.

ἐπ᾽ οὗ II, 124, 3. ubi recte quinque codicibus *ἐφ᾽ οὗ* dantibus non obtemperatum est. — V, 109, 4. (vett. editt. et tres codd. *ὅκου*, neque hoc male.) — VII, 58, 5. *ἐπ᾽ οὗ καὶ ὁ κόλπος οὗτος τὴν ἐπωνυμίην ἔχει.* Sic codd. ut videtur omnes. Editt. vett. etiam Steph. *ἀπ᾽ οὗ* de qua solenni varietate dictum est supra ad IV, 45, 4. pag. 5.

ἐπ᾽ ἧς VII, 178, 3. ubi *ἐπ᾽ ἧς . . . τὴν ἐπωνυμίην ἔχει* libris nil variantibus. — VIII, 92, 1.

ἐπ᾽ ὧν I, 186, 6. — IV, 107. *ἐπ᾽ ὧν καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσι.* Sic nunc e quatuor mscrr. libris editum est. Totidem libri scripti et omnes veteres editi *ἀπ᾽ ὧν* praebent.

ἐπ᾽ ᾧ I, 22, 16. — III, 40, 6. — 41, 1. — 83, 3. — V, 45, 2. (*ἐπ᾽ ὅ* duo codd.) — 52, 3. 9. — 82, 5. — VI, 65, 1. — VII, 153, 5. — 154, 5. — 158, 5. — VIII, 4, 3.

ἐπ᾽ ᾗ IX, 51, 2. ubi alii *ἐπ᾽ ἥν* alii *ἐς τήν*.

ἐπ᾽ οἷσι I, 141, 5. — III, 48, 4. — IV, 145, 7. — V, 65, 3. — VII, 146, 4. — VIII, 140, 10.

ἐπ᾽ ὅν IV, 46, 1.

---

*) Non me movet in hoc recensu locorum, quod *οὗ* h. l. non a *διά* pendet; est enim *δι᾽ οὗ τῆς χειρός*, per cujus manum; cum *οὗ* an *τοῦ* scribatur a sola verborum collocatione pendeat. — Eadem ratio obtinet in loco statim laudando VII, 110, 1. *δι᾽ ὧν τῆς χώρης.*

ἐπ' ἥν V, 43, 2. — 126, 1. — VI, 23, 2. — 56, 1. — 132, 2.
ἐπ' οὕς I, 153, 7. — 204, 1.

Κατά.

Hanc praepositionem cum genitivo relativi apud Herodotum non repperi. Accusativi haec sunt exempla.
κατ' ἥν II, 15, 2. — 90, 1.
κατ' ὅ IV, 85, 3.
κατ' ἅ. Hoc ita scriptum semel tantum apud Gaisf. repperi VII, 199, 1. Plerumque scribitur κατά et κατάπερ ionice pro καθά et καθάπερ quod Attici solum probant. Quae scriptura quarum turbarum causa fuerit, postea videbimus. Legimus vero κατάπερ I, 118, 1. — 131, 1. — 144, 1. — 145, 1. — 148, 2. — 151, 3. — 169, 1. — 170, 4. — 182, 1. 2. — 193, 1. 2. 9. — 202, 3. — 203, 3. 4. — II, 10, 1. — 13, 5. — 17, 1. — 26, 3. — 29, 2. 3. — 41, 1. — 46, 2. — 63, 1. — 64, 4. — 92, 2. — 125, 3. — 146, 2. — 148, 8. — III, 8, 4. — 23, 2. — 24, 2. — 86, 1. — 101, 1. 2. (bis.) — 102, 3. — 104, 2. 5. — 106, 1. — IV, 26, 3. — 64, 4. — 99, 5. — 183, 1. 6. — 190, 1. — V, 22, 1. — 92, 5. — VI, 13, 4. — 54. — VII, 16, 2. — 62, 3. 4. — 66, 1. — 68, 1. — 70, 3. — 73, 2. — 78, 1. — 79, 3. — 86, 2. — 90, 1. — 93, 2. — 111, 2. — 129, 4. — VIII, 46, 3. — 98, 3. — 134, 2. — IX, 26, 8. — Κατά vero exstat I, 208, 1. (ubi unus cod. καθά). — II, 6, 1. — 116, 2. ubi κατὰ γάρ editt. fere omnes et codd. κατάπερ Reiz. κατὰ τά Schaef. in edit. maj. κατ' ἃ γάρ idem in repetita edit. Reiz. δῆλον δὲ ἐποίησε γάρ omisso κατά et transposito γάρ Matthiae. Omnia igitur hic turbarum plena, quae jam inde a cap. 99 inceperunt, et quarum compescendarum postea locus erit. — III, 86, 1.

Μετά.

μετ' ἧς VII, 121, 3.

Παρά.

παρ' ὅν I, 193, 2.
παρ' ἥν II, 6, 1. — 149, 1. — III, 5, 2. — VI, 20, 1. — VII, 49, 3. — 198, 3. — 200, 3.

Ὑπό.

ὑπ' ὧν II, 56, 3. — III, 81, 4.

Centum habes et sexaginta et quatuor legitimae formae exempla; quae his adversantur et pauca sunt, praeterquam de ratione qua κατά scribitur, et facilia explicatu. Atque post ἀντί quidem, μετά et παρά nullum est contrarii exemplum; post ἐπί unicum IX, 11, 3. συστρατευσόμεθα ἐπὶ τὴν ἂν ἐκεῖνοι ἐξηγέωνται, ubi ἐπὶ ἣν ἄν ex uno cod. affertur, sed est ille cod. F. cui me in his non multum tribuere supra jam significavi. Verum ex cod. S., quem Gaisf. post Wessel. denuo contulit, affertur τῇ ἄν, a Wesseling. silentio praeteritum, ita ut nescias tamen utrum ἐπί in cod. appareat nec ne. Sed certum est scribi debere aut ἐπ' ἥν ut VI, 132, 2. οὐ φράσας σφι ἐπ' ἥν ἐπιστρατεύσεται χώρην — aut quod praefero τῇ ἄν ut I, 151, 3. ubi ipsissima occurrunt verba ἕπεσθαι, τῇ ἂν αὐτοὶ ἐξηγέωνται. VI, 74, 2. ἕψεσθαι τῇ ἂν ἐξηγέηται. IX, 66, 2. τῇ ἂν αὐτὸς ἐξηγέηται. — Unicum quoque post ὑπό est exemplum VII, 217, 3. ἡ μὲν γὰρ κάτω ἐσβολὴ ἐφυλάσσετο ὑπὸ τῶν εἴρηται ubi statim rescribas ὑπ' ὧν quod e duobus codd. inter quos S. est affertur. — Tum post διά hoc so-

lum exemplum repperi VI, 64. *ἔδεε δὲ, ὡς ἔοικε, ἀνάπυστα γενόμενα ταῦτα καταπαῦσαι Δημάρητον τῆς βασιληΐης, διά τὰ Κλεομένεϊ διεβλήθη* etc. ubi ex Cod. S. affertur *διὰ τό*; lege vero *διά* i. e. *δι' ἅ*, aut *διό*. — De duobus locis, ubi in edit. Gaisf. *ἀπὸ τοῦ* legitur, nam Matthiaeum semel praeterea hoc in ipsam orationem intulisse saepiusque inferre voluisse statim ab initio huius libelli diximus, de duobus, inquam, his locis alterum IV, 23, 2 jam ibidem tractavimus, atque nunc patebit, pro *ἀπὸ τοῦ ζῶσι* cum omnibus editt. praeter tres ibi nominatas et cum duob. codd. inter quos Paris. *a.* est *ἀπ' οὗ* scribendum esse. Alter vero IV, 149, 2 eandem certissimam e codd. medicinam nunc non respuet. *'Οἰολύκου δὲ γίνεται Αἰγεὺς ἀπὸ τοῦ Αἰγεῖδαι καλεῦνται.* Sic edidit primus Schweigh. e tribus codd. *) eumque secuti sunt Gaisf. et Matth. Veteres editiones habere *ἀπ' οὗ* in nota huic paginae subjecta jam monuimus, et hoc repertum est in cod. *a.*, praeferremque et ipse, nisi quinque codd. *ἐπ' οὗ* darent, quos Schaef. in edit. Reiz. secutus est; quam lectionem cum contra sermonis indolem esse Schweigh. pronunciaret, immemor erat eorum, quae ipse ad IV, 45, 4 dixerat in simili lectionis varietate. Vide quae jam exempla attulimus supra pag. 5 et pag. 33. (bis). Sola restat praepositio *κατά* II, 124, 5 *χρόνῳ δὲ ἐγγενέσθαι τριβομένῳ τῷ λαῷ δέκα μὲν ἔτεα τῆς ὁδοῦ κατὰ τὴν εἷλκον τοὺς λίθους.* Sic post Wesselingium ediderunt recentiores omnes ex uno cod. K. (Ask.) Sed rectum *κατ' ἣν* tuentur non solum editiones veteres, verum etiam alii codd., ceteros dixissem, ni Schweighäuser silentium de scriptura nonnullorum Parisinorum pro lectione *κατα τήν* urgeret. — In omnibus, quos hucusque recensuimus, locis quid Herodotus scripserit, dubium esse non potest, codicibus ubique nisi in uno loco rectum dantibus. Major forsan difficultas videbitur in definiendo num ubique *κατά* an nonnumquam quoque *κατὰ τά* scriptor voluerit; sed et haec manuscriptorum ope facile evanescet. Haec duo tantum antea monere liceat, primum facile apparere quid librarios ut *κατὰ τά* scriberent fefellerit; insolitum iis fuisse *κατά* pro *κατ' ἅ* accipere; tum vero maximopere mirum fore, eundem scriptorem qui semper in sexaginta quatuor locis supra enumeratis *κατάπερ*, numquam *κατὰ τάπερ* dederit, in voce ejusdem significationis *κατὰ τά* maluisse quam *κατ' ἅ* sive *κατά*. — Legimus itaque nunc *κατὰ τά* II, 99, 1. *τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε Αἰγυπτίους ἔρχομαι λόγους ἐρέων κατὰ τὰ ἤκουον.* Sed hoc a Wesselingio profectum est, codicibus quidem multis addicentibus, sed quot definire non audeo. Schweighäuser enim, qui in varietate lectionis primo tomo adjecta nihil attulerat, in annotationibus T. V. p. 322 sex codices nominatim, et alios Parisinos signis non distinctos testes laudat; Gaisf. contra quatuor tantum codices, qui hanc lectionem defendant, affert, et quod ad eum librum attinet, quem ipse denuo contulit, contra Schweigh. qui ipsum inter sex istos codd. enumeravit, monet, *τά* in eo omissum esse. Et sic quoque *κατά* in omnibus vett. editt. legitur. Quae vero Wesselingius addidit exempla formulae *κατὰ τά*, ea omnia ut nonnulla alia ab eo praeter-

*) Nominat ille quidem quatuor codd. Sed ex eorum numero delendus est cod. Arch. In hoc enim a Gaisf., qui eum S. vocat et iterum contulit *ἀπὸ τούτου* repertum est. — Accenset praeterea testibus, qui *ἀπὸ τοῦ* defendant, Schweigh. editionem Aldinam; sed ex eadem *ἀπ' οὗ* affert Gaisf. cujus nunc quidem apud me major est fides; cum sic in Steph. quoque reppererim.

missa in nostro hoc recensu statim allata videbis *); ut vero, quam parum constantes in hac quaestione uterque et Wessel. et Schweigh. fuerint, patefiat, conferas ea quaeso quae ad II, 116, 2. T. V. p. 339. 340. annotata sunt. Praeter hoc unum exemplum in primis tribus libris nullum aliud exstat; nullum item in tribus postremis libris; sed in iis tribus, qui medium locum obtinent, haec octo. IV, 76, 2. *θύσειν τε κατὰ ταὐτὰ κατὰ τὰ ὅρα τοὺς Κυζικηνοὺς ποιεῦντας.* E duobus codd. et forsan e Parisinis mutatum est. vett. editt. recte *κατά*. IV, 162, 2. *οὐκ ἔφη ἀνέξεσθαι κατὰ τὰ ὁ Μαντινεὺς Δημώναξ ἔταξε.* In hoc omnes libri consentire videntur. IV, 201, 7. *ὅσον ἡ γῆ κατὰ τὰ τότε εἶχε.* In hoc loco haereo utrum *τά* deleam, an *τὰ τότε* ut *τὰ νῦν* positum existimem. V, 11, 13. *οὗτοι μὲν κατὰ τὰ εἵλοντο ἐτράποντο.* Sic pleraeque editt. vett. et recentt. cum sex manuscriptis libris ap. Schweigh. (quatuor tantum ap. Gaisf.) Sed quinque codd. *τά* omittunt. V, 89, 1. *τῆς δὲ ἔχθρης τῆς πρὸς Αἰγινήτας Ἀθηναίοισι γενομένης ἀρχὴ κατὰ τὰ εἴρηται ἐγένετο.* Nihil discrepant libri. Sed V, 112, 3. pro *ὁ Ὀνήσιλος κατὰ τὰ συνεθήκατο τῷ ὑπασπιστῇ*, quod quatuor codd. dederunt, vett. editt. solum *κατά* exhibent. VI, 53, 3. *ταῦτα μέν νυν, κατὰ τὰ Ἕλληνες λέγουσι, γεγενεηλόγηται.* Sic in omnibus constanter scriptum est et statim tamen VI, 54 sequitur *κατάπερ Ἕλληνες λέγουσι.* VI, 88, 3. *μετὰ ταῦτα καταλαμβάνει μὲν κατὰ τὰ συνεθήκατο.* Deest *τά* in uno cod. Cum itaque in sexaginta quatuor locis semper *κατάπερ* occurrat, in quatuor *κατά* omnes libri editi et scripti tueantur, in quinque vero iidem inter *κατὰ τά* et *κατά* fluctuent, adeo tenaces erimus lectionis receptae ut in tribus, qui soli restant, *κατὰ τά* in *κατά* mutare non audeamus?

Sed antequam ulterius progrediamur, monendum duco, me has praepositiones, de quibus hucusque actum est, nunquam in anastrophe, quam vocant, post relativa positas repperisse. Nullum vero mihi dubium est, quin Herodotus, si ea uti voluisset, *τοῦ ἄπο* pro *ἀπ' οὗ* dixisset. Nam sic *μέτα* pro *μέτεστι* positum video V, 61, 3. *καί σφι ἱρά ἐστι ἐν Ἀθήνῃσι ἱδρυμένα, τῶν οὐδὲν μέτα τοῖσι λοιποῖσι Ἀθηναίοισι.* Sic quoque *τῷ πάρα.* V, 106, 4.

Praepositiones, quae apostrophum non recipiunt, hae sunt octo: *ἐν, ἐξ, ἐς, περί, πρό, πρός, σύν, ὑπέρ.* Ex his *πρό* et *ὑπέρ* apud Herodotum relativo simplici junctas non reperias; *περί* vero in alia verborum junctura saepissime casui praeposita, quem regit, ubi simplex pronomen relativum comitem habet, semper postponitur; quapropter pronomen aspirari nequit. cf. II, 5, 1. *τὰ κατύπερθε ἔτι τῆς λίμνης ταύτης . . . . τῆς πέρι ἐκεῖνοι οὐδὲν ἔτι τοιόνδε ἔλεγον.* **) — II, 135, 6. *αὕτη, τῆς πέρι λέγεται ὅδε ὁ λόγος.* III, 98, 2. *τῶν καὶ πέρι.* IV, 16, 1. *τῆς πέρι.* — 172, 2. *τῶν πέρι.* — 183, 5. *οἱ γὰρ Τρωγλοδύται Αἰθίοπες πόδας ταχιστοι ἀνθρώπων πάντων εἰσί, τῶν ἡμεῖς πέρι λόγους ἀποφερομένους ἀκούομεν*, ubi ut III, 98, 2. interjecto vocabulo anastrophe locum habet; nec tamen silentio praetereundum est, duos libros scriptos *πέρι* omittere. — V, 49, 13. *τῶν πέρι.*

Reliquarum praepositionum, ne *ἐξ* quidem excepta, de qua tamen aliam ob causam postea dicetur, primaria est lex, ut sequens relativum spreto spiritu aspero a con-

---

*) Eadem veri Ionismi ignorantia Koenium quoque ad Gregor. p. 400 impulit, ut *κατὰ τά* ubique scribenti facile se assentiri confiteretur.

**) Huc quoque pertinet II, 29, 5. *τὴν πέριξ νομάδες Αἰθίοπες νέμονται.* IV, 52, 1 — 79, 2.

sonante *τ* incipiat. Sed cum, ad praepositiones *ἐν* et *ἐς* quod attinet, alia praeterea lex secundaria locum habeat, secundum quam spiritus unice probatur, hoc nunc tantum de duabus *σύν* et *πρός* demonstrabimus. Atqui *σύν* bis tantum, ni fallor, occurrit- I, 106, 4. *Κυαξάρης μὲν βασιλεύσας τεσσεράκοντα ἔτεα, σὺν τοῖσι Σκύθαι ἦρξαν, τελευτᾷ.* et VIII, 102, 2. *Μαρδόνιον δὲ .... αὐτοῦ καταλιπεῖν σὺν τοῖσι ἐθέλει.* — Eandem legem *πρός* quoque observare, haec exempla monstrant: IV, 70, 1. *Ὅρκια δὲ ποιεῦνται Σκύθαι ὧδε, πρὸς τοὺς ἂν ποιέωνται* — IV, 134, 3. *εἶπε ἄρα πρὸς τούςπερ ἐώθεε καὶ τὰ ἄλλα λέγειν.* — V, 111, 2. *Πυνθάνομαι τὸν Ἀρτοβίου ἵππον ἱστάμενον ὀρθὸν καὶ ποσὶ καὶ στόματι κατεργάζεσθαι πρὸς τὸν προςενειχθῇ* (un. cod. *πρὸς τό*.) VI, 4, 2. *ὁ δὲ Ἕρμιππος πρὸς τοὺς μὲν ἀπεπέμφθη, οὐ διδοῖ.* ubi unus ille cod. F., quem saepius jam Ionismum violare diximus, *πρὸς οὓς* praebet. VII, 3, 2. *Ξέρξῃ συνεβούλευε λέγειν πρὸς τοῖσι ἔλεγε ἔπεσι.* VII, 153, 6. *θῶυμά μοι ὦν καὶ τοῦτο γέγονε πρὸς τὰ πυνθάνομαι*; ut facile jam appareat, quomodo unicum contrarii exemplnm IV, 200, 4. corrigi debeat, *τὰ μὲν δὴ ἄλλα ἔσκε κωφὰ πρὸς ἃ προςῖσχε.* *)

Ad praepositiones vero *ἐν* et *ἐς* quod attinet, singularis apud Herodotum usus obtinet, quo relativum, quod eas sequitur, spiritum retinet in formulis *ἐν ᾧ*, hoc tempore, (während), et *ἐς ὅ* sive *ἐς οὗ* usque ad id tempus, donec, (bis dass), ita ut plerumque relativum ad nullum certum nomen, quod vel praecedat vel sequatur, referri possit. Quae sententia si forsan initio mira videtur, tamen, ut hoc quasi praejudicium antea afferamus, maximopere eo stabilitur, quod eodem modo semper post *μέχρι* additum reperimus *οὗ*, nusquam *τοῦ*, et quod in reliquis relativorum casibus *ἐν ᾗ* raro, *ἐς οὓς* semel, at *ἐν οἷσι*, *ἐν ᾗσι*, et *ἐς ἥν*, *ἐς ἃ* nunquam leguntur. Hinc jam patet, duplicem istam relativi formam *ἐν ᾧ* et *ἐν τῷ* atque *ἐς ὅ* et *ἐς τό* ad certum usum revocari debere. Initium itaque faciamus apponendis eis locis, in quibus relativum vulgari usu positum a consonante *τ* incipit.

ἐν τῷ. I, 9, 4. *ἐγὼ γάρ σε ἐς τὸ οἴκημα, ἐν τῷ κοιμώμεθα, ὄπισθε τῆς ἀνοιγομένης θύρης στήσω.* — 67, 3. *ἐπειρησομένους τὸν χῶρον, ἐν τῷ κέοιτο ὁ Ὀρέστης.* — 113, 2. *ἐς τὸ ἄγγος, ἐν τῷ ἔφερε.* 145, 3. *Ὤλενος, ἐν τῷ Πεῖρος ποταμὸς μέγας ἐστί.* 167, 2. *τὸν χῶρον, ἐν τῷ ... ἐκέατο* **). II, 8, 1. *τῆς Ἀραβίης ὄρος ..., ἐν τῷ*

---

*) Omnes hic et alibi *προςίσχε* scribunt; iidem tamen ubique *ἀπῖκται.* Qui neglectum augmentum statuit, ei *πρόσισχε* scribendum erit. Hoc fugit Mehlhornium, cum in Jahnii annalibus V, 3. p. 245 *καθίξα* contra Moebium defenderet, qui *καθῖξα* scripserat. cf. Thiersch Gr. gr. §. 209, 21. pag. 339 edit. tert.

**) Sed huc non referas quaeso locum I, 181, 2. ubi Gronovio rectum videnti, quod raro ipsi contigit, cur editores recentiores praeter Schaeferum in edit. Reiz. et Matthiaeum obtemperare noluerint, nullam causam videas, nisi nimium illum formarum epicarum amorem, quas Herodotus aspernatur. Verba sunt haec: *ἐν δὲ Φάρσεϊ ἑκατέρῳ τῆς πόλιος τετείχιστο ἐν μέσῳ, ἐν τῷ ἦεν τὰ βασιλήϊα περιβόλῳ μεγάλῳ τε καὶ ἰσχυρῷ, ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ Διὸς Βήλου ἱρὸν χαλκόπυλον.* Gronovius scribendum censuerat *ἐν τῷ μέν*, quod ipsa periodi conformatio et usus non Herodoti solum sed omnium omnino scriptorum postulat; postulat praeterea soloecum *ἦεν*; quod si soloecum pronuncio, credant mihi lectores velim, ut alia occasione oblata mox demonstrabo, Herodotum neque

αἱ λιθοτομίαι ἔνεισι. ibid. 3. *ὄρος ἄλλο . . ., ἐν τῷ αἱ πυραμίδες ἔνεισι.* — 29, 4. *πεδίον λεῖον, ἐν τῷ νῆσον περιῤῥέει ὁ Νεῖλος.* (ubi un. cod. *ἐν ᾧ*) — 75, 3. *ἔστι δὲ ὁ χῶρος οὗτος, ἐν τῷ αἱ ἄκανθαι κατακεχύαται τοιόςδε τις.* Sic a Gronovio inde editiones habere videntur; veteres, saltem Steph. *ἐν ᾧ* habent, quod etiam duo codd. offerunt. Sed rectum usum quatuor ad minimum scripti libri tuentur. De ceteris siletur. — 138, 3. *περὶ νηὸν μέγαν, ἐν τῷ δὴ τὤγαλμα ἔνι.* — 155, 4. *νηὸς τῆς Λητοῦς, ἐν τῷ δὴ τὸ χρηστήριον ἔνι.* — 158, 3. *ὄρος, ἐν τῷ αἱ λιθοτομίαι ἔνεισι:* ubi duo codd. *ἐν ᾧ*, ex quibus nihil a reliquis discrepans ad II, 8, 1. ubi eadem verba leguntur annotatum est. — 172, 3. *ποδανιπτὴρ χρύσεος ἐν τῷ . . . τοὺς πόδας ἑκάστοτε ἐναπονιζέατο.* III, 128, 6. *διδοῖ ἄλλο (βιβλίον) ἐν τῷ ἐνῆν ἔπεα τάδε,* ibid. 9. *τὸ τελευταῖον τῶν βιβλίων διδοῖ τῷ γραμματιστῇ, ἐν τῷ ἐγέγραπτο* (un. cod. F. *ἐν ᾧ*). IV, 28, 4. *χειμὼν . . ., ἐν τῷ οὐκ ὕει.* — 116, 2. *τὸν χῶρον, ἐν τῷ κατοίκηνται.* V, 8, 2. *ἀγῶνα . . . ἐν τῷ τὰ μέγιστα ἄεθλα τίθεται.* — 25. *μεμνῆσθαι ἐν τῷ καθίζων θρόνῳ δικάζει.* — 49, 1. *χάλκεον πίνακα, ἐν τῷ γῆς ἁπάσης περίοδος ἐνετέτμητο.* — 92, 12. *τὸν δῆμον, ἐν τῷ κατοίκητο.* ibid. 29. *κατερέειν ἐν τῷ κέεται χώρῳ ἡ παρακαταθήκη.* VI, 38, 2. *ἀγῶνα . . . ἐν τῷ Λαμψακηνῶν οὐδενὶ ἐγγίνεται ἀγωνίζεσθαι.* VII, 59, 1. *πεδίον . . . ἐν τῷ τεῖχός τε ἐδέδμητο.* ibid. 3. *τὸν αἰγιαλὸν . . . ἐν τῷ Σάλη . . . πεπόλισται.* — 88, 3. *ἐς τὸν χῶρον, ἐν τῷπερ κατέβαλε.* — 112, 2. *ὄρος . . . ἐν τῷ . . . ἔνι μέταλλα.* — 115, 1. *αἰγιαλὸς, ἐν τῷ οἰκημένην Ἄργιλον πόλιν Ἑλλάδα παρεξήϊε.* — 122, 1. *κόλπον, ἐν τῷ . . . οἴκηνται.* — 198, 1. *κόλπον θαλάσσης, ἐν τῷ ἄμπωτίς τε καὶ ῥηχίη . . . γίνεται.* — 200, 3. *χῶρος . . . ἐν τῷ . . . ἵδρυται.* VIII, 55, 1. *νηὸς, ἐν τῷ ἐλαίη . . . ἔνι.* IX, 57, 3. *τὸν χῶρον, ἐν τῷ ἐτετάχατο,* ubi quatuor codd. *ἐν ᾧ*; jam statim ibid. 5. eadem verba occurrunt, ubi ex his quatuor codd. unus tantum *ἐν ᾧ* retinet. Est vero cod. F.; editiones vett. priore loco *ἐν τῷ* habent, posteriore *ἐν ᾧ*.

ἐν τῇ. I, 114, 1. *ἐν τῇ κώμῃ ταύτῃ, ἐν τῇ ἦσαν.* — 133, 2. *δαῖτα προτίθεσθαι, ἐν τῇ . . . προτιθέαται.* — 145, 2. *Αἰγαί, ἐν τῇ Κρᾶθις ποταμὸς ἀένναός ἐστι,* ubi *ἐν τῇ* ad omissum *πόλις* non ad plurale *Αἰγαί* grammatice refertur. II, 32, 9. *ἀπικέσθαι ἐς πόλιν, ἐν τῇ ἅπαντας εἶναι.* — 44, 4. *Θάσον, ἐν τῇ εὗρον.* — 47, 5. *ἐν τῇ πανσελήνῳ, ἐν τῇ ἂν τὰ ἱρὰ θύσωσι.* — 95, 3. *ἐν τῇ ἀναπαύεται κοίτῃ, περὶ ταύτην ἵστησι τὸ ἀμφίβληστρον.* — 127, 3. *νῆσον περιῤῥέει, ἐν τῇ αὐτὸν λέγουσι κεῖσθαι Χέοπα.* — 136, 5. *πυραμίδα . . . ἐν τῇ γράμματα . . . ἐστί.* — 137, 5. *πόλι . . . ἐν τῇ καὶ ἱρόν ἐστι.* — 148, 9. *πυραμίς . . . ἐν τῇ ζῶα μεγάλα ἐγγέγλυπται.* — 153, 1. *αὐλὴν . . . ἐν τῇ τρέφεται ὁ Ἆπις.* — 159, 3. *ἐν τῇ δὲ ἐσθῆτι ἔτυχε ταῦτα κατεργασάμενος, ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι.* III, 5, 2. *λίμνης, ἐν τῇ δὴ λόγος τὸν Τυφῶ κεκρύφθαι.* — 79, 3. *ὁρτὴν μεγάλην ἀνάγουσι . . . ἐν τῇ μάγον οὐδένα ἔξεστι φανῆναι.* IV, 7, 4. *βασιληΐην, ἐν τῇ.* — 12, 2. *χερσόννησον, ἐν τῇ.* — 39, 3. *ἀκτή, ἐν τῇ.*

ἦεν, neque *ἦε*, quod ad hanc Homericam scilicet consuetudinem defendendam ex I, 196, 5. Schweighäuser affert, neque *ἔην* (cf. supra not. pag. 20.) unquam dixisse. Atque *ἦε* quidem l. l. ab uno et altero codice etiam damnatur. At in nostro loco unde profectum sit *νῦ* illud, quod *ἐφελκυστικόν* vocant, apud Herodotum, literae hujus constantissimum osorem, ab aliis edoceri cupio. Quae vero ad hunc locum Schweigh. et Gaisf. annotarunt, hic quidem solito prolixior, silentio praetereo.

— 154, 2. *πόλις, ἐν τῇ.* V, 49, 11. *γῆ Κισσίη, ἐν τῇ.* — 56, 2. *τὴν πομπὴν, ἐν τῇ.* — VI, 33, 2. *Χερσόννησος, ἐν τῇ.* — 74, 4. *ἡ Νώνακρις, ἐν τῇ.* — 88, 2. *φράσας ἐν τῇ τε ἡμέρῃ ἐπιχειρήσει.* Sic ex uno cod. nunc editum est. Veteres editt. *ἐν ᾗ,* quod diserte in duobus codd. legitur; de ceteris siletur, etiam de S. quem tamen Gaisf. denuo contulit. — 115, 1. *τῆς νήσου, ἐν τῇ.* VII, 10, 17. *διαβολή, ἐν τῇ.* — 26, 3. *τῆς ἀγορῆς . . . ἐν τῇ,* ubi un. cod. *ἐν ᾧ,* male ad Maeandrum fluvium respiciens. — 30, 1. *πόλιν, ἐν τῇ.* — 31, 1. *πόλιν, ἐν τῇ.* VIII, 60, 10. *Σαλαμῖνι, ἐν τῇ.*

ἐν τοῖσι. I, 8, 5. *πάλαι δὲ τὰ καλὰ ἀνθρώποισι ἐξεύρηται, ἐκ τῶν μανθάνειν δεῖ· ἐν τοῖσι ἓν τόδε ἐστί.* — 18, 1. *ἔτεα, ἐν τοῖσι;* sic quoque 74, 1. — 125, 5. *Πασαργάδαι, ἐν τοῖσι.* — 181, 5. *θῶκοι, ἐν τοῖσι.* — 202, 6. *ἕλεα καὶ τενάγεα, ἐν τοῖσι.* — 203, 3. *ἔθνεα, ἐν τοῖσι.* II, 35, 3. *Αἰγύπτιοι, ἐν τοῖσι.* — 121, 13. *ἀγγήϊα, ἐν τοῖσι* ubi un. cod. *ἐν οἷσι.* — 128, 1. *ἔτεα, ἐν τοῖσι.* — Sic quoque 137, 2. 161, 2. III, 10, 2. — 64, 6. *Ἀγβατάνοισι, ἐν τοῖσι.* — 67, 2. *μῆνας, ἐν τοῖσι.* — 111, 1. *χωρίοισι, ἐν τοῖσι.* IV, 28, 1. *μηνῶν, ἐν τοῖσι.* — 151, 1. *ἐτέων, ἐν τοῖσι.* — 183, 2. *Λωτοφάγους, ἐν τοῖσι.* — 194, 1. *Γύζαντες, ἐν τοῖσι.* — VII, 171, 1. *τὰ Τρωϊκά, ἐν τοῖσι.* VIII, 138, 4. *κήπων, ἐν τοῖσι.* IX, 80, 2. *σάκκους, ἐν τοῖσι.*

ἐν τῇσι. I, 66, 6. *πέδαι, ἐν τῇσι.* — III, 93, 2. *νήσοισι, ἐν τῇσι.* — IV, 121, 2. *ἁμάξας, ἐν τῇσι.* — V, 77, 5. *πέδας, ἐν τῇσι.* — VII, 80, 1. *νήσων, ἐν τῇσι.*

Huc quoque referri debet, ubi genitivus post *ἐν* noto elliptico usu ponitur. I, 133, 5. *τοῦτο τῇ ὑστεραίῃ νήφουσι προτιθεῖ ὁ στέγαρχος, ἐν τοῦ ἂν ἐόντες βουλεύωνται.*

Exempla habes nonaginta et duo. Nemo itaque audaciae, aut si diis placet lasciviae crimen mihi objiciet, si tria contrarii exempla in posterum ex editis libris exulare jussero. V, 16, 5. *κρατέων ἕκαστος ἐπὶ τῶν ἰκρίων καλύβης τε, ἐν ᾗ διαιτᾶται.* — V, 49, 9. *ἐπὶ θάλασσαν τήνδε, ἐν ᾗ ἥδε Κύπρος νῆσος κέεται,* ubi statim postea sequitur *γῆ ἥδε Κισσίη, ἐν τῇ κείμενά ἐστι τὰ Σοῦσα ταῦτα.* — VI, 97, 3. *ἐν ᾗ χώρῃ οἱ δύο θεοὶ ἐγένοντο, ταύτην μηδὲν σίνεσθαι,* cui simillimum est II, 95, 3, supra jam allatum, *ἐν τῇ ἀναπαύεται κοίτῃ, περὶ ταύτην ἵστησι.*

Jam restat, ut locos colligam, ex quibus demonstratur in una illa temporis significatione (während) *ἐν ᾧ* scribi, non *ἐν τῷ.* Plerumque tum in enuntiatione primaria nihil est, ad quod grammatice *ἐν ᾧ* referatur, nude positum, ut *ὅτε* et similia. I, 164, 2. *ἐν ᾧ δὲ βουλεύονται αὐτοὶ, ἀπαγαγεῖν ἐκεῖνον ἐκέλευον τὴν στρατιὴν ἀπὸ τοῦ τείχεος.* III, 74, 1. *ἐν ᾧ δὲ οὗτοι ταῦτα ἐβουλεύοντο, ἐγίνετο κατὰ συντυχίην τάδε.* III, 105, 2. *ὥστε εἰ μὴ προλαμβάνειν τῆς ὁδοῦ τοὺς Ἰνδοὺς, ἐν ᾧ τοὺς μύρμηκας συλλέγεσθαι, οὐδένα ἂν σφέων ἀποσώζεσθαι.* III, 136, 4. *ἐν ᾧ δὲ οὗτοι ταῦτα ἔπασχον, ὁ Δημοκήδης ἐς τὴν Κρότωνα ἀπικνέεται.* IV, 124, 3. *ἐν ᾧ δὲ οὗτος πρὸς ταῦτα ἐτράπετο, οἱ διωκόμενοι Σκύθαι . . . ὑπέστρεφον ἐς τὴν Σκυθικήν.* IV, 139, 4. *ἐν ᾧ δὲ ἡμέες τάδε λύομεν, ὑμέας καιρός ἐστι δίζησθαι ἐκείνους.* VI, 23, 1. *οἱ Σάμιοι μοῦνοι Ἰώνων ἐστάλησαν . . . ἐν ᾧ τοιόνδε δή τι συνήνεικε γενέσθαι.* VI, 97, 1. *ἐν ᾧ δὲ οὗτοι ταῦτα ἐποίευν, οἱ Δήλιοι . . . οἴχοντο φεύγοντες ἐς Τῆνον.* IX, 102, 2. *ἐν ᾧ δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι περιήϊσαν, οὗτοι οἱ ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ κέρεϊ ἔτι καὶ δὴ ἐμάχοντο.* In omnibus his locis nusquam e quoquam libro neque edito neque scripto *ἐν τῷ* allatum vidi. Verum quemadmodum *ὅτε* nonnunquam ad correlativum *τότε* in enuntiatione primaria refertur, sic *ἐν ᾧ* non raro comitem *ἐν τούτῳ* habet. I, 164, 4. *ἐν ᾧ ὦν ὁ Ἅρπαγος ἀπὸ τοῦ τείχεος ἀπήγαγε τὴν στρατιὴν, οἱ Φωκαιέες ἐν τούτῳ . . . ἔπλεον*

ἐπὶ Χίου. III, 19, 2. ἐν ᾧ δὲ τούτους μετήϊσαν, ἐν τούτῳ ἐκέλευε ἐπὶ τὴν Καρχηδόνα πλέειν τὸν ναυτικὸν στρατόν. IV, 95, 3. ἐν ᾧ δὲ ἐποίεε τὰ καταλεχθέντα .... ἐν τούτῳ κατάγαιον οἴκημα ἐποιέετο. VI, 89, 1. ἐν ᾧ ὦν Κορινθίων ἐδέοντο χρῆσαί σφι νέας, ἐν τούτῳ διεφθάρη τὰ χρήματα. IX, 23, 2. ἐν ᾧ δὲ ὁ πεζὸς ἐβώθεε, ἐν τούτῳ μάχη ὀξεῖα περὶ τοῦ νεκροῦ γίνεται. — Legitur quidem I, 186, 5. ἐν τῷ ἐπίμπλατο τοῦτο, ἐν τούτῳ ἀπεξηρασμένου τοῦ ἀρχαίου ῥεέθρου etc. Sed ita editi tantum libri habent. Septem codd. accuratius collati habent legitimum ἐν ᾧ, et de uno cod. *a*. Schweigh. fatetur se nescire, an assentiatur. Et cum VII, 26, 1. ἐν τῷ δὲ οὗτοι τὸν προκείμενον πόνον ἐργάζοντο, ἐν τούτῳ ὁ πεζὸς ἅπας συλλελεγμένος etc. duo codd. ἐν ᾧ δέ praebeant, quid scribendum sit, nemo dubitabit.

Jam cum, ut vidimus, in hac temporis notione solenne sit ἐν ᾧ, quaeritur, an ibi quoque, ubi ad certum quoddam nomen, temporis significationem continens, relativum referatur, ᾧ scribendum sit. Neque parvum momentum huic sententiae defendendae accedit ex I, 47, 3. οὖρον προθέμενος ἐνιαυτὸν τοῦτον, ἐν ᾧ δὴ καὶ ἐγένετο ἡ μεταβολή, ubi nil variant libri, nisi quod Schaef. in edit. maj. et Borh. ἐν τῷ dederunt, et ex VIII, 8, 1. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ οὗτοι ἀριθμὸν ἐποιεῦντο τῶν νεῶν, in qua lectione omnes consentiunt. Sed id statim in oculos occurrit, hoc ad solum ἐν ᾧ pertinere posse, non vero nomine alius generis aut numeri praecedente, ut ἐν ᾗ aut ἐν οἷσι locum habere. Vidimus supra ἐν τῇ πανσελήνῳ, ἐν τῇ. — ἐν τῇ ἡμέρῃ — ἔτεα, ἐν τοῖσι septies, — μηνῶν, et μῆνας, ἐν τοῖσι. Et si confero II, 125, 6. ἄλλον δέ, ἐν τῷ τοὺς λίθους ἔταμον .... οὐκ ὀλίγον χρόνον VIII, 51, 1, ἕνα διατρίψαντες μῆνα, ἐν τῷ διέβαινον ἐς τὴν Εὐρώπην. VIII, 114, 1. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐν τῷ Μαρδόνιος τὴν στρατιὴν διέκρινε. IX, 112. ἐν δὲ τούτῳ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ, ἐν τῷ Ξέρξης τῷ ἀδελφεῷ διελέγετο, in quorum ultimo tantum ᾧ duo codd. praebent, in tribus reliquis in τῷ omnes consentiunt, ubique hic ἐν τῷ scribendum esse censeo. Unus vero superest locus, quem non hoc modo mutatum velim V, 108, 1. ἐν ᾧ δὲ ἡ ἀγγελίη τε περὶ τῶν Σαρδίων παρὰ βασιλέα ἀνήϊε καὶ Δαρεῖος τὰ περὶ τὸ τόξον ποιήσας Ἱστιαίῳ ἐς λόγους ἦλθε, καὶ Ἱστιαῖος μεμετιμένος ὑπὸ Δαρείου ἐκομίζετο ἐπὶ θάλασσαν, ἐν τούτῳ παντὶ τῷ χρόνῳ ἐγίνετο τάδε. Refertur quidem ἐν ᾧ ad ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ in enuntiatione primaria, quae postposita est. Sed incepit sermonem Herodotus a solenni ἐν ᾧ δέ, quam temporis notionem postea per ἐν τούτῳ iterum significare voluit. At tempus hoc non unum tantum momentum complectitur, sed tria momenta deinceps ponuntur eo ordine, quo res gestae se exceperunt; jam ut tantum temporis spatium lectoris animum magis feriret, non contentus erat formula ἐν τούτῳ, neque posuit solum ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, sed significantius addito uno vocabulo dixit ἐν τούτῳ παντὶ τῷ χρόνῳ. Praeterea ipsa verborum collocatio, ἐν ᾧ δὲ ita praemissum non arcte cum ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ junctum fuisse monstrat.

Accedimus ad formam relativorum post praepositionem ἐς. Major hic etiam numerus exemplorum occurrit, quam praepositionis ἐν attulimus. Sed breviores hic esse possumus, non semper ipsa verba transscribentes, cum, uno loco excepto, ubi ἐς οὕς hucusque positum est, de discrimine tantum inter ἐς ὅ et ἐς τό, deque iis locis, qui propter hoc discrimen mutationem subire debeant, agendum sit, ut in reliquis contenti esse possimus solis numeris appositis. Legimus itaque

Ἐς τόν. I, 14, 6. (un. cod. ὅν) — 153, 2. — II, 122, 1. — 172, 5. — III, 18, 1. (duo codd. ὅν) — 52, 3. — IV, 39, 2. — 53, 4. — 82, 3. — 95, 2. — V, 25. — 92, 32. — VI, 57,

57, 4. — 125, 4. (un. cod. F. ὄν) — VII, 8, 14. — 22, 5. Veteres editt. ἐς ὄν. Sed rectum dederunt sex ad minimum codd. De ceteris siletur. — 113, 2. — IX, 52, 2. (tres codd. ὄν) — 53, 1.

ἐς τήν. I, 145, 3. — 148, 1. — 185, 3. — II, 4, 7. — 5, 1. — 134, 2. — IV, 37, 2. — 39, 3. (un. cod. ἐν τῇ) — V, 121, 2. — VI, 88, 2. — 133, 3. ubi quatuor codd. non minus bene ἐπ' ἥν. — VII, 58, 3. — 109, 2. — 119, 4. — 123, 3. — 128, 2. (un. cod. F. ἥν) — 146, 4. — 220, 1. — VIII, 32, 2. — 60, 8. — IX, 21, 3. (duo codd. ἐπ' ἥν) — 52, 2. *ἐς τὴν συνέκειτο*, ubi nihil variant codd. et tamen post duas lineas pro *ἐς τὸν συνέκειτο* tres praebere ἐς ὄν jam monuimus. — 76, 6. — 120, 6.

ἐς τό. Hic ipsa scriptoris verba afferenda sunt, ut constet, a notione temporis, quam formae ἐς ὅ reservandam dixi, hos locos alienos esse. I, 186, 4. *ἐκτρέψασα τοῦ ποταμοῦ τὸ ῥέεθρον πᾶν ἐς τὸ ὤρυσσε χωρίον.* — II, 113, 3. *ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ἠϊόνος .... Ἡρακλέος ἱρόν· ἐς τὸ ἢν καταφυγὼν οἰκέτης ὅτεῳ ἀνθρώπων ἐπιβάληται στίγματα ἱρά* etc. — III, 37, 3. *ἐσῆλθε δὲ καὶ ἐς τῶν Καβείρων τὸ ἱρὸν, ἐς τὸ οὐ θεμιτόν ἐστι ἐσιέναι.* — V, 74, 1. *συνέλεγε ἐκ πάσης Πελοποννήσου στρατὸν, οὐ φράζων ἐς τὸ συλλέγει.* — 92, 16. *τὸ παιδίον .... φέρουσα κατακρύπτει ἐς τὸ ἀφραστότατόν οἱ ἐφαίνετο εἶναι.* — VII, 144, 4. *αἱ δὲ, ἐς τὸ μὲν ἐποιήθησαν, οὐκ ἐχρήσθησαν.* — VIII, 39, 2. *οἱ δὲ πεσόντες ... λίθοι ... ἦσαν σόοι ... ἐν τῷ τεμένεϊ κείμενοι, ἐς τὸ ἐνέσκηψαν διὰ τῶν βαρβάρων φερόμενοι.*

ἐς τούς. II, 33, 1. (ubi teste Gaisf. Cod. S. et edit. Ald. ἐς οὕς dant. At Steph. jam ἐς τούς habet. Schweigh. prorsus silet.) — III, 20, 2. — IV, 71, 4. — 196, 1. — VI, 10, 2. — 49, 1. (quinque codd. ἐς οὕς) — IX, 27, 3.

ἐς τά, I, 46, 2. — 53, 2. — 92, 5. — 94, 8. — II, 8, 2.

Jam quis contra tot exempla, amplius sexaginta, ni fallor, defendat scribendi rationem in II, 95, 2. *τοὺς μὲν τὰ ἄνω τῶν ἑλέων οἰκέοντας οἱ πύργοι ὠφελέουσι, ἐς οὓς ἀναβαίνοντες κοιμέονται*, ubi Borheckium jam ἐς τούς dedisse video; possis quoque ἐπ' οὓς scribere, quarum vocularum confusarum nonnulla exempla jam affuerunt. De sex vero locis ubi ἐς ὅ in ἐς τό aut transire debet aut alia ratione uberiorem disquisitionem postulat, tum dicemus, ubi frequentissimum usum formulae ἐς ὅ in temporis significatione exemplis illustraverimus. Sed tantum quae prima se exempla obtulerunt, longiora apponam, etiam in reliquis sola numerorum notatione contentus, nisi qua alia de causa plura verba transscribere mihi visum fuerit.

Ἐς ὅ itaque et ἐς οὗ, utrumque saepissime apud Herodotum occurrit, notionem temporis continens, quam Latini d o n e c, nos b i s d a s s dicimus. Eandem formulam latine reddi nonnumquam commode posse, a d e x t r e m u m, p o s t r e m o, Schweighäusero in Lex. Herodot. T. 1. p. 283 facile concedo. Nam si quis aliquo loco, ut hoc exemplo utar, remanet, donec abire cogitur, eum t a n d e m s. p o s t r e m o coactum abiisse dici posse, nemo negabit. At per se ἐς ὅ non est p o s t r e m o, sed nil nisi d o n e c. Jam videamus exempla:

ἐς ὅ. I, 93, 4. *τοῦ γὰρ δὴ Λυδῶν δήμου αἱ θυγατέρες πορνεύονται πᾶσαι, συλλέγουσαι σφίσι φερνὰς, ἐς ὃ ἂν συνοικέωσι τοῦτο ποιέουσαι.* — 94, 8. *τοὺς ἑτέρους .... καταβῆναι ἐς Σμύρνην, καὶ μηχανήσασθαι πλοῖα, ἐς τὰ ἐσθεμένους τὰ πάντα .... ἀποπλέειν κατὰ βίου τε καὶ γῆς ζήτησιν, ἐς ὃ ἔθνεα πολλὰ παραμειψαμένους ἀπικέσθαι ἐς Ὀμβρικούς.* — 98, 1. — 102, 4. ubi cur Schaef. in edit. maj. et Borh. ἐς τό scripserint, nullam causam video. In Reiziana Schaef. ἐς ὅ retinuit. —

115, 4. *οἱ μέν νυν ἄλλοι παῖδες τὰ ἐπιτασσόμενα ἐπετέλεον· οὗτος δὲ ἀνηκούστεέ τε καὶ λόγον εἶχε οὐδένα, ἐς ὃ ἔλαβε τὴν δίκην.* Verba sunt Cyri pueri ad avum Astyagen, ubi non opus est cum Schweigh. in lex. T. 1. p. 285 novam significationem comminisci, quapropter poena illi inflicta est, sed simpliciter est, donec tandem poenas dedit. — 130, 3. — 158, 3. — 191, 9. — 196, 5. — 202, 4. — II, 102, 2. — 103, 1. — 115, 7. — 118, 4. *οἱ δὲ Ἕλληνες καταγελᾶσθαι δοκέοντες ὑπ᾽ αὐτῶν, οὕτω δὴ ἐπολιόρκεον, ἐς ὃ ἐξεῖλον.* — 143, 5. — 150, 6. — III, 48, 6. — 82, 8. — 104, 5. — 136, 2. — 158, 3. — IV, 12, 4. *οἱ δὲ Σκύθαι ἐν δεξιῇ τὸν Καύκασον ἔχοντες ἐδίωκον, ἐς ὃ ἐςέβαλον ἐς τὴν Μηδικὴν γῆν.* Cod. Med. habet *ἐς οὗ*, ut saepe variatur. Reliqui libri scripti ut vett. editt. nil variant, nisi quod *ἔς τ᾽ ἐςέβαλον* duo codd. V. S. praebent, quod quam cupide a viris doctissimis arreptum fuerit, valde miraberis, non ipsum quidem *ἔςτε*, quod non semel apud Herodotum (cf. IV, 201, 5. — VII, 141, 2. — 158, 4. — 171, 2. — VIII, 4, 2. — 61, 2. — 142, 6. — 143, 3. — 144, 5.) occurrit, sed ut *ἐς τό* inde facerent. Sic itaque Wesseling. „Statim *ἐς τό* si scriba Arch. (i. e. cod. S.) voluit, patronus non deerit II, 157, [2]" Koenius postea ad Gregor. de dial. pag. 472, Schäf. „*ἐς τό* magis Jonicum legitur p. 181, 15 [II, 157], facile „eliciendum p. 286, 5 [hoc ipso nostro loco] e Mss. lectione *ἔς τ᾽ ἐςέβαλον*"; at vero tantum abest, ut sit magis ionicum, ut ne tolerari quidem apud Herodotum in hac significatione possit. De loco II, 157, 2. postea videbimus. Verum nondum tum norunt viri docti cod. F. a Schweighäusero primo collatum. Nam si scissent, hunc IV, 122, 3. solum *ἐς τό* pro *ἐς ὅ* dare, quod Schweigh. et Gaisf. receperunt, forsan ubique *ἐς ὅ* ut minus ionicum proscripsissent. Sed de his locis postea ut dixi videbimus. — IV, 43, 2. — 105, 2. (duo codd. *ἐς οὗ*) — 123, 3. — 160, 1. — 201, 4. — 203, 3. 6. (duo codd. *ἐς οὗ*) — V, 85, 3. — V, 92, 15. 25. — 97, 3. — VI, 15, 3. — 24, 3. — 40, 3. — 75, 3. 4. — 83, 1. 3. — 99, 2. — 113, 3. — 140, 2. — VII, 58, 5. — 113, 1. — 181, 1. — 225, 1. — VIII, 58, 2. — 108, 7. — IX, 55, 2. — 58, 5. — 62, 3. — 94, 2.

ἐς οὗ. I, 67, 5. — III, 31, 3. — IV, 30, 2. — 160, 3. (editt. vett. et Matth. cum duobus saltem codd. *ἐς ὅ*) — 166, 2. (totidem fere *ἐς ὅ*) — 181, 5. (un. cod. *ἐς ὅ*) — 196, 3. — V, 51, 3. (un. cod. *ἐς ὅ*) — 86, 3. (un. cod. *ἐς ὅ*). —

Ecce tibi sexaginta duos locos, ubi nonnumquam inter *ἐς ὅ* et *ἐς οὗ* quidem variatur, sed nunquam ne in minimi quidem pretii libris *ἐς τό* scriptum reperitur. Feremusne itaque in posterum scripturam eorum duorum locorum, quorum jam ad IV, 12, 4. mentionem fecimus. Scilicet legitur nunc II, 157, 1. *Ψαμμίτιχος .... Ἄζωτον τῆς Συρίης μεγάλην πόλιν προςκατήμενος ἐπολιόρκεε, ἐς τὸ ἐξεῖλε.* Sic vett. quidem editi cum quatuor postea collatis libris scriptis. At quatuor alii codd. *ἐς ὅ* praebent, quod Schweigh. neglecti ionismi incusat, quamquam et Suidas etiam sub ipsa hac voce *ἐς ὅ* quam explicat *μέχρι τούτου, ἕως οὗ* locum nostrum laudat, et Gregor. Corinth. de dial. ion. §. 63. pag. 472 diserte testatur *ἀντὶ τοῦ ἕως οὗ, ἐς ὅ λέγουσιν. Ἡρόδοτος· ἐς ὃ ἐξεῖλον*, ubi pluralis ad II, 118, 4. spectat. — Minor etiam auctoritas scripturae est in IV, 122, 3, ut jam diximus, *διαβάντων δὲ τούτων τὸν Τάναϊν ποταμὸν, οἱ Πέρσαι ἐπιδιαβάντες ἐδίωκον, ἐς τὸ τῶν Σαυροματέων τὴν χώρην διεξελθόντες ἀπίκοντο ἐς τὴν τῶν Βουδίνων.* Hic enim propter unum illum cod. F. *ἐς ὅ* Schweigh. expulit, quem Gaisf. solus secutus est, ceteris recentioribus ad pristinam lectionem reversis.

Patet itaque, in hac temporis notione Herodotum forma ἐς τό semper abstinuisse. Sed si contemplor, inter quinquaginta et quinque locos, ubi ἐς ὅ in editis legitur, duobus illis additis, in quibus ἐς τό male exaratur, nonnisi tres esse, ubi unus aut duo mscrr. ἐς οὗ praebeant, at inter novem illos locos, ubi nunc ἐς οὗ scribitur, quinque exstare, in quibus scripti ἐς ὅ quoque offerant, non vereor ne male Pavius et Reiskius ἐς οὗ ex Herodoto proscriptum voluerint. cf. Wesseling. ad I, 67. T. 5. p. 80. Sed non dicendum erat praestare aut ἕως οὗ aut ἐς ὅ. Nam ἕως οὗ in posterum etiam ex editionibus Herodoti in uno illo loco II, 143, 3, ubi hucusque servatum est, exulabit, ut suo loco demonstrabitur.

Sed supersunt etiamnum sex loci, ubi ἐς ὅ in nostris libris omnibus legitur, notionem temporis, quam solam huic formae tribui posse demonstravimus, respuentes. Inter hos tres sunt, ubi quid agas ex praecedentibus non obscurum esse videbitur; IV, 56. κατὰ τοῦτο τῆς χώρης, ἐς ὃ γινώσκεται ὁ Βορυσθένης. IV, 71, 1. ταφαὶ δὲ τῶν βασιλέων ἐν Γέῤῥοισί εἰσι, ἐς ὃ ὁ Βορυσθένης ἐστὶ προςπλωτός. VII, 50, 6. ὁρᾷς τὰ Περσέων πρήγματα, ἐς ὃ δυνάμιος προκεχώρηκε. Mihi enim recte is facere videtur, qui vel in ἐς τό vel in ἐς ὅσον mutet; ὅσος enim et ὅς saepe confusa sunt, cujus rei statim ubi de μέχρι οὗ agetur exemplum dabimus. Dubitanter tamen de his tribus locis ita pronuncio. Nam si quis contendat, ἐς ὅ, non ad certum aliquod nomen relatum, sed sic adverbialiter positum, vulgarem temporis notionem ad spatium transtulisse, ut μέχρι apud Graecos, usque apud Latinos, et nostrum bis, ei non magnopere refragabor, id unum monere contentus, apud Herodotum, uno loco excepto I, 181, 3. μέχρι οὗ semper de tempore dici, idque verbo plerumque junctum, nonnumquam vero etiam genitivo nominis; in uno vero illo loco, ubi spatium significat, genitivum nominis adjunctum habere, quam constructionem ἐς ὅ nunquam recipit. Quartus locus est V, 94, 1: μετεπέμποντο Ἱππίην τὸν Πεισιστράτου ἀπὸ Σιγείου τοῦ ἐν Ἑλλησπόντῳ, ἐς ὃ καταφεύγουσι οἱ Πεισιστρατίδαι. Wesselingius, qui ultimum colon ab ἐς ὅ inde pro grammatici commento aliunde assuto habet, huic opinioni ex ipso hoc ἐς ὅ novum argumentum addere potuisset. Sed verba nolim Herodoto erepta; scribendum tamen sine dubio ἐς τό. — Duo loci, qui supersunt, majoribus difficultatibus premuntur. In utroque Schweigh. in lex. l. c. novam huic formulae ἐς ὅ tribuit significationem, ut et in tertio loco I, 115, 4. quem ita non interpretandum esse paulo ante docuimus. Neque magis in reliquis duobus locis hanc interpretationem quae nullis aliis exemplis neque aliorum scriptorum usu confirmari potest admittendam censeo. Alter est II, 116, 1. notissimus locus, δοκέει δέ μοι καὶ Ὅμηρος τὸν λόγον τοῦτον πυθέσθαι· ἀλλ᾽ οὐ γὰρ ὁμοίως ἐς τὴν ἐποποιΐην εὐπρεπὴς ἦν τῷ ἑτέρῳ, τῷπερ ἐχρήσατο· ἐς ὃ μετῆκε αὐτὸν, δηλώσας ὡς καὶ τοῦτον ἐπίσταιτο τὸν λόγον. δῆλον δέ. κατὰ γὰρ ἐποίησε ἐν Ἰλιάδι κ. τ. λ. Sed de hoc loco disserendi tempus nunc non est. Hoc enim et sequens capitulum tot tantisque difficultatibus premitur, et manum interpolatricem non uno in loco expertum est; periodorum praeterea structura ipsa adeo contorta est, ut alii tempori haec disquisitio reservanda sit. Id unum adjiciam, mihi simplicissimum videri ἐς ὅ ejicere, unde orationis tenor prorsus Herodoteus fit. Id saltem certum est, ἐς ὅ neque quapropter ut Schweigh. voluit significare posse, neque propriam significationem donec hic aptam esse. — Ultimi tandem loci difficultas non tam in ipsis verbis inest, quam quia interpretes ab expedita ratione explicandi ad contortam transierunt. VIII, 60, 3. 4. μηδὲ . . . . ἀναζεύξῃς

πρὸς τὸν Ἰσθμὸν τὰς νῆας. ἀντίθες γὰρ ἑκάτερον ἀκούσας. πρὸς μὲν τῷ Ἰσθμῷ συμβάλλων ἐν πελάγεϊ ἀναπεπταμένῳ ναυμαχήσεις, ἐς ὃ ἥκιστα ἡμῖν σύμφορόν ἐστι νῆας ἔχουσι βαρυτέρας καὶ ἀριθμὸν ἐλάσσονας. Nolo nunc repetere ea, quae Schweigh. in lex. l. c. attulit, ut loco ejus sententiae, quam prius tuitus est in notis T. VI, 2 p. 129, cujusque in ipso lexico paulo ante p. 282 memor erat, aliam contortam nec minus grammaticis praeceptis quam nexui orationis contrariam substitueret. Rectum antea viderat cum aliis. Ad ἐς ὃ supple *ναυμαχεῖν*; hoc vero est ἐς ὃ *ἰοῦσιν* sive *πλεύσασιν ἡμῖν ναυμαχεῖν ἥκιστα σύμφορόν ἐστι*, cujus rei causa statim additur. Similes locos multos interpretes attulerunt, ex quibus unum tantum addam ex hac ipsa Themistoclis oratione §. 8. *Σαλαμὶς περιγίνεται ἐς τὴν ἡμῖν ὑπέκκειται τέκνα* i. e. ἐς *τὴν ἡμῖν τὰ τέκνα ἐκτεθέντα ὑπέκκειται.* Sed non minus certum est, cum ἐς ὅ ad *πελάγεϊ* referatur, scribi debere ἐς τό.

Superest tandem ut de praepositione ἐξ et de adverbio *μέχρι* dicamus. — Post *μέχρι* jam et *ἄχρι* *) omnes libri ubique consonantem τ aspernantur; ut de scriptura nulla lis esse possit. Exstat vero notio temporis d o n e c in his locis: I, 117, 4. — 187, 3. (un. cod. omitt. *οὗ*) — II, 19, 3. — 53, 1. — 179, 2. — III, 104, 2. — V, 28, 2. — VII, 60, 3. — 225, 1. — VIII, 99, 4. Legebatur idem in VIII, 3, 3. usque ad Gronovium, qui *μέχρι ὅσου* e Med. edidit, cum quo quatuor alii codd. consentiunt. Servari poterat, vel ipso Schweighäusero teste, *μέχρι οὗ*, repertum in quatuor codd. inter quos sunt S. et *a*. — Cum genitivo vero junctum notionem spatii habet in I, 181, 3. —

Atqui hinc ἕως οὗ quod legitur in omnibus editt. II, 143, 3. satis confirmatum videtur. Neque quisquam huic formulae controversiam movere ausus est, nisi unus Koenius ad Gregor. l. c. „Commune ἕως οὗ p. 174, 49. [nostrum locum significat] fortasse ex interpretatione alicujus Grammatici ortum.“ Haec cum Koenius scriberet, Cod. Arch. s. S. a Wessel. collatus jam erat, sed; quod facile condonari potest, in ductibus literarum tam minutis fugerat eum, hunc codicem non ἕως οὗ sed ἐς οὗ praebere, quod Gaisf. demum in nova collatione cod. animadvertit. Eandem varietatem in aliis quoque codd. exstare, vix dubito; ut mihi quidem videatur (ὥς ἐμοὶ δοκεῖ, non *φαίνεται*), Herodotum ubique ἐς ὅ scripsisse, quod per librarios saepius in ἐς οὗ transformatum tandem in ἕως οὗ etiam abierit.

Hucusque in nostra quaestione de utraque relativi forma ita rem egimus, ut multitudine exemplorum ejus usus, quem rectum credimus, exempla contrarii longe superante, quaestionem decideremus. At vero ubi ad praepositionem ἐξ perventum est, non ita numero disparia sunt exempla. Nam ex triginta, quae in schedis habeo, duodeviginti consonantem τ in relativo adsciscunt, duodecim vero aspiratione contenta sunt. Sed ex his duodecim statim tria eximemus, ubi ἐξ οὗ temporis notionem solam (e x q u o, s e i t d e m) in se continet, ut tertium correlativum quasi sit ad ἐν ᾧ et ἐς ὅ; cf. II, 15, 6. — 44, 2. — VI, 109, 4, ubi in nullo libro quicquam mutatur. Sic

---

*) Utrum *μέχρις* et *ἄχρις* scribendum sit, an ut dedimus *μέχρι* et *ἄχρι* nunc non quaerimus.

numerus exemplorum prioris generis duplo major factus est numero exemplorum, quae ad secundum genus referuntur. Jam ipsa haec exempla apponamus.

ἐκ τοῦ. IV, 89, 2. *δυῶν ἡμερέων πλόον ἀπὸ θαλάσσης τοῦ ποταμοῦ τὸν αὐχένα, ἐκ τοῦ σχίζεται τὰ στόματα τοῦ Ἴστρου, ἐζεύγνυε* (un. cod. F. *ἐξ οὗ*). — V, 106, 4. *ἐμὲ βουλεῦσαι πρῆγμα, ἐκ τοῦ σοί τι ἢ μέγα ἢ σμικρὸν ἔμελλε λυπηρὸν ἀνασχήσειν.*

ἐκ τῆς. II, 22, 7. *ταύτην τὴν χώρην, δι' ἧς τε ῥέει καὶ ἐκ τῆς ἄρχεται ῥέων ὁ Νεῖλος.* — 41, 7. *ἐκ τῆς δὲ αἱ βάρις παραγίνονται . . . οὔνομα τῇ πόλι Ἀτάρβηχις.* Similiter 172, 1. *ἐκ τῆς δὲ ἦν πόλιος, οὔνομά οἵ ἐστι Σιούφ.* — IV, 195, 2. *λίμνην δὲ ἐν αὐτῇ εἶναι, ἐκ τῆς αἱ παρθένοι . . . ψῆγμα ἀναφέρουσι.* — VI, 41, 5. *Περσίδα γυναῖκα, ἐκ τῆς οἱ τέκνα ἐγένετο* (cod. F. *ἐξ ἧς*) — 71, 3. *γαμέει δευτέρην γυναῖκα . . . ἐκ τῆς οἱ ἔρσεν μὲν γίνεται οὐδέν.* — VII, 30, 1. *λίμνην, ἐκ τῆς ἅλες γίνονται.* — VIII, 136, 1. *Ἀλεξάνδρου γὰρ ἀδελφεὴν Γυγαίην . . . Βουβάρης . . . ἔσχε, ἐκ τῆς οἱ ἐγεγόνεε Ἀμύντης.* — IX, 111, 4. *κελεύων με γυναῖκα, ἐκ τῆς μοι παῖδες νεηνίαι τέ εἰσι καὶ θυγατέρες . . . μετέντα, θυγατέρα τὴν σὴν γῆμαι.*

ἐκ τῶν. I, 8, 5. *πάλαι δὲ τὰ καλὰ ἀνθρώποισι ἐξεύρηται, ἐκ τῶν μανθάνειν δεῖ.* — 193, 7. *φοίνικες . . . καρποφόροι, ἐκ τῶν καὶ σιτία καὶ οἶνον καὶ μέλι ποιεῦνται.* — III, 115, 2. *νήσους Κασσιτερίδας, ἐκ τῶν ὁ κασσίτερος ἡμῖν φοιτᾷ.* — IV, 183, 1. *ἐς τοὺς Λωτοφάγους, ἐκ τῶν τριήκοντα ἡμερέων ἐς αὐτοὺς ὁδός ἐστι.* — VII, 10, 15. *ἐπειχθῆναι μέν νυν πᾶν πρῆγμα τίκτει σφάλματα, ἐκ τῶν ζημίαι μεγάλαι φιλέουσι γίνεσθαι.* — 122, 2. *Ἑλληνίδας τάσδε πόλις, ἐκ τῶν νέας τε καὶ στρατιὴν παρελάμβανε.* — VIII, 121, 3. *ἀκροθίνια ἀπέπεμψαν ἐς Δελφούς, ἐκ τῶν ἐγένετο ἀνδριάς.*

His vero duodeviginti exemplis novem, quae jam afferentur, opposita sunt:

ἐξ οὗ V, 17, 10. *τὸ μέταλλον, ἐξ οὗ ὕστερον τάλαντον ἀργυρίου Ἀλεξάνδρῳ ἡμέρη ἑκάστης ἐφοίτα.* — VI, 118, 2. *πυθόμενος δὲ ἐξ οὗ ἦν ἱροῦ ἔπλεε τῇ ἑωυτοῦ νηῒ ἐς Δῆλον.*

ἐξ ἧς. III, 52, 4. *εἰ γάρ τις συμφορὴ ἐν αὐτοῖσι ἐγεγόνεε, ἐξ ἧς ὑποψίην ἐς ἐμὲ ἔχεις.* — IV, 78, 4. *ἦν δὲ αὕτη ἡ Ὀποίη ἀστή, ἐξ ἧς ἦν Ὄρικος Ἀριαπείθεϊ παῖς.*

ἐξ ὧν. I, 125, 4. *ἔστι δὲ (Περσέων γένεα) τάδε, ἐξ ὧν ὦλλοι πάντες ἀρτέαται Πέρσαι.* — II, 44, 1. *θέλων δὲ τούτων πέρι σαφές τι εἰδέναι ἐξ ὧν οἷόν τε ἦν.* — 92, 6. *ἔστι δὲ καὶ ἄλλα κρίνεα . . . ἐξ ὧν ὁ καρπὸς . . . ἐκ τῆς ῥίζης γίνεται.* — 154, 7. *ἐξ ὧν δὲ ἐξανέστησαν χώρων, ἐν τούτοισι δὴ οἵ τε ὁλκοὶ τῶν νεῶν . . . τὸ μέχρι ἐμεῦ ἦσαν.* — III, 82, 5. *ἐς ἔχθεα μεγάλα ἀλλήλοισι ἀπικνέονται, ἐξ ὧν στάσιες ἐγγίνονται.*

Nolo cuiquam opinionem meam obtrudere; sed cum videam in ceteris praepositionibus Herodotum certam regulam secutum esse, a qua non nisi in formulis adverbialibus, temporis notionem complectentibus, *ἐν ᾧ, ἐς ὅ*, sed in his constanter, desciverit, cumque idem locum habere apertum sit in formula *ἐξ οὗ*, cum praeterea nullam causam afferre possis, cur dixerit *ἐκ τῶν φοιτᾷ* et *ἐξ οὗ ἐφοίτα, γυνὴ ἐκ τῆς τέκνα ἐγίνετο, ἐστί,* (et hoc quater) et *ἐξ ἧς ἦν παῖς, σφάλματα ἐκ τῶν ζημίαι φιλέουσι γίνεσθαι*, et *ἔχθεα ἐξ ὧν στάσιες ἐγγίνονται*, porro cum in uno eodemque membro orationis dixerit *δι' ἧς* et *ἐκ τῆς*, non *ἐξ ἧς*, tandem cum post *πάρεξ*, quod nunquam *πάρεκ* scribitur, tamen *τῶν* maluerit, quam *ὧν*, ut VIII, 73, 5. *πάρεξ τῶν κατέλεξα* — si

haec omnia, inquam, simul considero, post praepositionem ἐξ etiam Herodoto, una formula ἐξ οὗ excepta, eam relativi formam ubique reddendam censeo, quae a consonante τ incipit.

Jam ut brevibus verbis omnia ea, in quae hucusque inquisivimus, comprehendamus, videmur nobis demonstrasse, *in casibus rectis solam formam ὅς, ἥ, τό, οἵ, αἵ, τά obtinere apud Herodotum, in casibus obliquis vero eam quae initialem consonantem τ habet ubique, nisi post praepositiones, quae apostrophum patiuntur, et hunc semper recipiunt, et in formulis ἐξ οὗ, ἐν ᾧ, ἐς ὅ ubi generalem temporis notionem continent; accedere tandem formulam μέχρι οὗ.*

Supra duo millia locorum adduximus, ut argumentatio nostra firmis fundamentis innitatur. Omnes locos me attulisse, non contendam; nam quamvis hoc in animo habui, tamen in ejusmodi labore ut animus nunquam remittatur, nemo paulo indulgentior postulabit. Id vero fere pro certo affirmare ausim, praeter locos a me excitatos nullos reperiri, qui sententiam a nobis propositam labefacere possint. Si qui omissi sunt, ut certe omissi sunt, ii augendo tantum numero eorum exemplorum inservire possunt, quibus sententia nostra stabilitur.

Brevius defungi possum in explicando usu, qui in secundo pronomine relativo ὅςτις obtinet. Nam ubique fere omnes libri conspirant, et pauca tantum sunt, quae notari merentur. Prima itaque lex est, numquam hoc pronomen a consonante τ incipere; secunda, in genitivis et dativis unice regnare breviorem illam formam, quam epicam et atticam dicere solemus, numquam vero reperiri οὗτινος, οἷςτισι similia. Exempla nunc dabo:

ὅςτις. I, 87, 4. — 95, 1. Refertur h. l. ὅςτις ad certam quidem personam, Cyrum, sed non proprie est relativum, ut in interrogatione pendente positum, ubi τίς non minus locum habet. — 196, 5. — 210, 2. — II, 5, 1. — 46, 4. — 51, 3. — 106, 4. — 114, 3. — 121, 27. — III, 40, 5. — 68, 5. 7. — 72, 4. — 122, 7. — 142, 4. — 155, 1. — IV, 31, 3. — 45, 5. — 74, 2. — 79, 3. — VI, 59. — 126, 3. — VII, 29, 1. (bis) — 49, 1. 2. — 129, 5. — 196, 3. (duo codd. ὅςπερ) — IX, 84, 3.

ἥτις. I, 167, 4. — II, 99, 6. — 100, 3. — 111, 3. — 134, 2. Hic eadem valent, quae antea ad I, 95, 1. dixi. — 181, 8. — III, 28, 2. — 111, 1. — IV, 41, 3. — 45, 6. — V, 5, 1. — VI, 12, 5. — 47, 1. — 118, 1. — VII, 99, 1. Hic ἥτις ad Artemisiam relatum commode interpretari nos posse ut quae, jam pag. 4. diximus. — 139, 5.

ὅ τι. I, 39, 2. — 129, 1. — 164, 4. — II, 60, 7. — 121, 28. — 136, 7. — 151, 4. — III, 22, 1. — 64, 4. — IV, 15, 4. — 16, 1. — 195, 6. — VI, 50, 3. — 62, 3. — VII, 16, 9. — 125, 2. — 184, 4. — VIII, 26, 3. — 57, 1. — 65, 2. — 98, 1. — IX, 31, 3.

οἵτινες. I, 201, 2. — II, 2, 2. 8. — 10, 4. — V, 9, 1. — 105, 1. — VI, 12, 3. — 14, 1. — 121, 1. — 123, 1. — VII, 93, 2. — VIII, 142, 4. — IX, 27, 7.

αἵτινες. I, 61, 6. — II, 130, 2.

Nominativus pluralis generis neutri *) non occurrit apud Herodotum, sed non dubito, eum futurum fuisse ἅσσα, quae sola accusativi forma est. Progredior ad exempla accusativi:

ὅντινα. I, 179, 1. — II, 121, 12. — III, 120, 5. (δι᾽ὅντινὰ) — IV, 161, 2. — V, 92, 24. — VII, 209, 8. — VIII, 128, 1.

ἥντινα. I, 57, 1. — 197, 4. — II, 2, 5. — 19, 4. — 24, 3. (κατὰ ἥντινα, quod abire debet in κατ᾽ ἥντινα **) — 86, 3. (etiam hic κατὰ ἥντινα male scribitur.) — IV, 8, 2. — V, 42, 2. — VIII, 140, 2.

ὅ τι. I, 44, 2. (διότι al. ὅτι) — 46, 3. — 47, 1. 3. — 49. — 50, 2. — 88, 3. — 89, 1. — 90, 4. — 106, 1. (alii ὅπερ) — 111, 2. 3. ἦσαν δὲ ἐν φροντίδι ἀμφότεροι ἀλλήλων πέρι, ὁ μὲν τοῦ τόκου τῆς γυναικὸς ἀῤῥωδέων, ἡ δὲ γυνὴ, ὅ τι οὐκ ἐωθὼς ὁ Ἅρπαγος μεταπέμψαιτο αὐτῆς τὸν ἄνδρα. ἐπεί τε δὴ ἀπονοστήσας ἐπέστη, οἷα ἐξ ἀέλπτου ἰδοῦσα ἡ γυνὴ εἴρετο προτέρη, ὅ τι μιν οὕτω προθύμως Ἅρπαγος μεταπέμψαιτο. Leve est, sed non negligendum, male editores priore loco scribere ὅτι . . . μεταπέμψαιτο, quod ex posteriore correctum est a me ***). — 119, 2. — 132, 5. — 210, 3. — II, 19, 3. 5. — 24, 1. (διότι) — 43, 51. (διότι) — 47, 3. (διότι) — 48, 4. (διότι) — 50, 1. (διότι) — 57, 1. (διότι) — 73, 4. (κατ᾽ ὅ τι) — 91, 6. (bis) — 114, 3. — 121, 28. — 150, 6. — III, 14, 11. (διότι) — 22, 6. — 27, 2. — 32, 3. (διότι) — 36, 3. — 55, 3. (διότι) — 74, 1. (διότι sed duo codd. ὅτι) — 77, 2. — 78, 7. — 132, 2. (διότι sed quinque codd. ὅτι) — 138, 2. — 145, 1. — 155, 1. — 156, 3. (διότι) — IV, 9, 6. — 143, 2. — 154, 4. — 156, 3. — 186, 1. (διότι) — V, 12, 5. — 97, 3. — VI, 3, 1. (κατ᾽

---

*) Ita Prisciano saltem placuit. V, 1, 2. pag. 167. Krehl. 3, 15. p. 176. 5, 30. p. 187. 6, 34. p. 189. (bis) VI, 1, 4. p. 220. 7, 35. p. 243. et in opp. minn. Lindem. p. 10. (ter) 11. 37. 67. 97. 100. 120. (bis) 175. 185. neutrae significationis p. 138. in quibus declinationibus voluntariis maris et feminae et neutri Varr. de L. L. 8, 38. (9, 38. Sp.) ubi Spengel nullam varietatem attulit.

**) Magnis difficultatibus impedita est quaestio de usu apostrophi apud Herodotum, quam alia occasione oblata tractabimus. Hoc jam mihi constat, eas voces disyllabas, quae ubi apostrophum recipiunt, accentum amittunt, semper apud Herodotum ultimam vocalem abjicere. Huc pertinet praeter praepositiones quasdam ἀλλά. Casu tantum factum est, ut nisi uno in loco ἀλλά in omnibus novem Herodoti libris ante relativum positum non reperiatur; est is III, 68, 2. ἀλλ᾽ ὅσπερ, cujus supra pag. 7. mentionem feci. Si vero saepius ita particulam hanc posuisset Herodotus, tunc noli dubitare, quin relativum a spiritu semper incepisset. Dixisset certe, ut hoc exemplo utar, ἀλλ᾽ ὃν οἶδα τούτου ἄρξαι, τοῦτον λέξω non ἀλλὰ τὸν οἶδα. — Sed de apostropho post οὐδέ et μηδέ nondum mihi liquet. Cum enim hae particulae accentum amittant, huc referri debere videantur, et sunt sane non pauca exempla, ubi apostrophus comparet. Sed cum proprie non sint disyllabae, sed ex duobus monosyllabis compositae, alia forsan earum erit ratio.

***) Et sic ut nunc video, Schaef. in edit. Reiz.

ὅ τι) — 12, 5. — 48, 1. — 52, 4. — 55. (bis) — 61, 7. — 75, 5. (διότι) — 79, 3. — 86, 6. (διότι) — 105, 3. (διότι) — 134, 4. (bis) — VII, 2, 4. (κατ' ὅ τι) — 133, 3. — 197, 4. (διότι) — 205, 2. (διότι) — 208, 1. — 213, 1. — VIII, 112, 2. (διότι sed un. cod. ὅτι) — 133, 2. — 135, 3. — 136, 1. — IX, 7, 5. (διότι sed duo codd. ὅτι) — 8, 3. (διότι) — 16, 7. — 23, 4. — 98, 1. — 109, 2.

οὕςτινας. VIII, 115, 2. (κατ' οὕςτινας). Sic quoque IX, 27, 8.

ἅςτινας videtur non exstare apud Herodotum.

ἅσσα. I, 47, 2. — 138, 1. e sex codd. et marg. Steph. receptum est. editt. vett. et tres codd. ὁκόσα. — 197, 3.

Contra tantam locorum multitudinem quis feret vitiatum τήν τινα? I, 90, 2. αἰτέο δόσιν τήν τινα βούλεαί τοι γενέσθαι παραυτίκα. Omnes quidem codd. hoc tueri videntur; sed olim jam h. l. turbatum fuisse, editt. vett. et duo codd. monstrant, ubi exhibetur τὴν δόσιν, τήν τινα. — Sed I, 98, 1. αὐτίκα δὲ προβαλλομένων, τόν τινα στήσονται βασιλέα, ex solo cod. F. receptum est a Schweigh. cui nemo facile credat, hoc ionico more dictum esse in variet. lect. pag. 82. et in lex. Herod. T. 2. p. 134 contendenti. Gaisf. tamen et Schaef. eum secuti sunt; Matth. vero veterem lectionem ὅντινα jure restituit.

Videamus jam formas genitivorum et dativorum.

῞Οτευ. I, 7, 4. ἀπ' ὅτευ. vid. supra pag. 1 sqq. — 119, 6. — 145, 2. ἀπ' ὅτου cf. pag. 2. Sed scribi debet cum Schäfero ἀπ' ὅτευ, cum ex ὅτεο ortum sit. II, 46, 3. ὅτευ δὲ εἵνεκα. — 62, 4. Hic in eadem formula ὅτευ δὲ εἵνεκα un. cod. F. ὅτου habet. — 82, 1. — 173, 1. ubi omnes male μέχρι ὅτου. — III, 62, 5. παρ' ὅτευ. — 63, 4. ubi pro ἐξ ὅτου, quod ἐξ ὅτευ esse deberet, cod. S. ἐξ ὅσου habet. Contra idem cod. S. in II, 98, 2. pro ἐξ ὅσου reliquorum librorum ἐξ ὅτου dat. — 84, 4. — 85, 2. — 115, 2. ἀπ' ὅτευ cf. pag. 2. — 121, 1. — 156, 1. — IV, 45, 2. ἐπ' ὅτευ. — ibid. 4. ἀπ' ὅτευ. cf. pag. 5. — VI, 13, 4. παρ' ὅτευ. cf. pag. 6. — VII, 38, 2. — 85, 3. — VIII, 26, 3. περὶ ὅτευ ubi duo codd. ὅτεω, quod si iota additur ferri posse Schweigh. jam vidit. — IX, 84, 1. ὑπ' ὅτευ. Sic nunc a Schweigh. inde e quatuor codd. (tres tantum Gaisf. memorat) editum est. ὑπὸ ὅτεω vett. editt. etiam Steph. Sed neque hiatus nec dativus ferri potest. ὑπό τευ e duob. codd. ediderat Wesseling., quod si ὑπὸ τεῦ scribitur, hoc quidem loco non minus recte se habet. — In VI, 63, 2 ἐπιστάμενος τὸν χρόνον, τῷ ἠγάγετο τὴν γυναῖκα, quatuor codd. ἐξ ὅτου ἠγάγετο dare, supra pag. 14. jam monuimus.

ὅτεῳ. I, 86, 2. — 95, 1. — 108, 7. — 122, 1. — 125, 1. — 196, 7. — II, 113, 3. — 121, 18. — 123, 1. — III, 42, 5. — 68, 4. 6. — 72, 1. — V, 87, 4. — VIII, 8, 2. Conferantur quoque quae sub ὅτευ ex variis lectionibus attulimus. In III, 70, 2. καὶ ἔδοξέ σφι, ἕκαστον ἄνδρα Περσέων προςεταιρίσασθαι τοῦτον, τῷ πιστεύει μάλιστα a Wesselingio inde τῷ πιστεύει ex duob. codd. editur. Veteres editt. cum tribus codd. non minus bene habent ὅτῳ πιστεύει, modo ὅτεῳ scribatur.

ὅτεων II, 102, 5. — VIII, 65, 1.

ὁτέοισι. II, 66, 7. ἐν ὁτέοισι δ' ἂν οἰκίοισι. Sic recte 6 codd. Quod ex aliis affertur ὁτέῃσι — οἰκίῃσι, ne Graecum quidem est. — (bis) — 82, 1. τῇ ἕκαστος ἡμέρῃ γενό-

γενόμενος ὁτέοισι ἐγχωρήσει καὶ ὅκως τελευτήσει καὶ ὁκοῖός τις ἔσται. ubi tres codd. *τέοισι*, quod per se non damnandum. Sed *ὁτέοισι*, quod ab Aldo inde in editionibus sedem habet a majore sex codicum numero defenditur, inter quos sunt *S.* et *a.* *) — 102, 4. — IV, 180, 6.

---

*) Sed *ὁτέοισι* propterea non praeferendum dicam, quod relativa *ὅκως* et *ὁκοῖος* comites habeat. Nam in interrogatione obliqua, quae dicitur, non minus interrogativis particulis et pronominibus locum esse, satis constat, et non minus recte dici *εἰπέ μοι, πόθεν εἶ* ac *ὁπόθεν εἶ.* Jam si plura membra interrogativa sic oblique ponuntur, nihil impediebat Graecos, quominus et interrogativis et relativis promiscue uterentur. Sic jam Homer. Odyss. 1, 169. *ἀτρεκέως κατάλεξον, τίς πόθεν εἶς ἀνδρῶν, πόθι τοι γένος ἠδὲ τοκῆες, ὁπποίης δ' ἐπὶ νηὸς ἀφίκεο κ. τ. λ.* Herodot. I, 35, 3. *ἐπυνθάνετο ὁκόθεν τε καὶ τίς εἴη.* II, 115, 2, *εἰρώτα τὸν Ἀλέξανδρον ὁ Πρωτεὺς τίς εἴη, καὶ ὁκόθεν πλέοι.* III, 156, 1. *εἰρώτεον τίς τε εἴη καὶ ὅτευ δεόμενος ἥκοι.* IV, 145, 3. *πευσόμενοι τίνες τε καὶ ὁκόθεν εἰσί.* Contra sola interrogativa ponuntur I, 116, 5. *εἴρετο ὁ Ἀστυάγης, κόθεν λάβοι τὸν παῖδα, καὶ τίς εἴη ὁ παραδούς.* I, 153, 1. *λέγεται Κῦρον ἐπειρέσθαι τοὺς παρεόντας οἱ Ἑλλήνων, τίνες ἐόντες ἄνθρωποι Λακεδαιμόνιοι καὶ κόσοι πλῆθος ταῦτα ἑωυτῷ προαγορεύουσι.* Sola vero relativa II, 106, 4. *ὅστις δὲ καὶ ὁκόθεν ἐστί, ἐνθαῦτα μὲν οὐ δηλοῖ.* III, 22, 1. *εἰρώτα ὅ τι εἴη καὶ ὅκως πεποιημένον.* ibid. 6. *ἐπείρετο ὅ τι τε σιτέεται ὁ βασιλεὺς καὶ χρόνον ὁκόσον μακρότατον ἀνὴρ Πέρσης ζώει.* III, 111, 1. *ὅκου μὲν γὰρ γίνεται καὶ ἥτις μιν γῆ ἡ τρέφουσά ἐστι, οὐκ ἔχουσι εἰπεῖν.* IV, 45, 5. *οὔτε ὁκόθεν τὸ οὔνομα ἔλαβε τοῦτο, οὔτε ὅστις οἱ ἦν ὁ θέμενος φαίνεται.*

Gymnasio Dorpatensi

instaurationem solemnium,

quibus

ante haec quinque lustra

sub auspiciis Alexandri primi

inauguratum est,

gratulatur

C. L. Struve,

Dr. philos., S. Maj. Ross. Consil. titul., quondam praeceptor literarum Graecarum in Gymnasio Dorpatensi, nunc director Gymnasii urbici Regimontani, adscriptus regiae societati scrutatorum archaeologiae septentrionalis Hafniensi, et regiae societati Teutonicae Regimontanae.

Regimontii

a. d. 17. (5.) Calend. Octob. MDCCCXXIX.

Quaestionum
de
dialecto Herodoti
specimen secundum

---

scripsit

Dr. C. L. Struve.

Regimontii
apud fratres Borntraegeros
1829.

Viris

Excellentissimis Illustrissimis Doctissimis,

quibus

cura rerum scholasticarum Dorpati

commissa est.

Nondum duo elapsi sunt anni, ex quo universitas literarum Dorpatensis, in qua Vos, Viri Excellentissimi Illustrissimi Doctissimi, docendi munere summa cum laude fungimini, primis quinque lustris peractis, postquam auspiciis Alexandri primi consecrata est, solemnia instaurata celebravit; atque jam similium solemnium laeta dies adest, non eodem quidem splendore insignium, meritae tamen laudis et proprii decoris non expertium; solemnia illa dico, quae natales gymnasii Dorpatensis ante hos viginti et quinque annos conditi in memoriam revocant. Atque in hac memoria recolenda, in recordatione temporum praeteritorum, quibus et ipse in Vestra urbe in Vestro coetu versabar, ut mihi, Viri summe colendi, patientem aliquantisper aurem praebeatis, impense Vos rogo obsecroque.

Quae fuerit omnium literarum conditio in imperio Rossico, antequam nutu Alexandri primi, quod nomen nunquam sine summi ho-

noris praefatione proferendum est, ut in ceteris omnibus vastae ditionis partibus sic in provinciis, quae Baltico mari adjacent, novae Musarum sedes sacrarentur, nemini ignotum est, qui vel illa tempora ipse vidit, vel de iis fando audivit. Sed hoc uberius persequi neque loci hujus est neque occasio patitur. Lubet animo laetioribus immorari. — Condita erat Dorpati nova literarum universitas, ut vocare solemus; viri convenerant, qui docendi munere fungerentur et scriptis clari et in flore aetatis constituti, ut optima quaeque in posterum omnes augurarentur. Sed statim animadversum est idque jure, omnes conatus irritos fore, omnem operam vanam, ni solidiora fundamenta ingeniis excolendis a primis statim pueritiae annis jacta essent; convenire quidem juvenes discendi cupidos et severiorum studiorum appetentes; sed neglecta prima institutione, ea quae juvenibus studia academica prospere auspicatis traderentur, non penitus se in animos eorum insinuare posse; ut uno verbo dicam, statim animadversum est, nisi veteres scholae, quarum exiguus numerus erat, aliam prorsus faciem induissent, novaeque multae, ut in tanto terrarum spatio, conditae essent, speciosiorem quam utiliorem eum laborem fore, quem recens conditae universitatis doctores suscepturi essent. Nulla itaque mora interposita est. Electi sunt e numero professorum viri idonei, quibus instituendarum scholarum cura mandaretur, quique postea institutas regerent. Sed quae his viris molestiae exantlandae fuerint, quibuscum difficultatibus conflictandum, vix narranti quis fidem ha-

beat. Omnia fere deerant; deerant in urbibus oppidisque ipsa aedificia, deerant praeceptores; peragrandae erant quovis anni tempore provinciae longo intervallo discretae; nam eo tempore Finnonia etiam universitati Dorpatensi in his rebus contributa fuit. Nihilominus tamen intra breve duorum triumque annorum spatium omnes has difficultates viri illi nostra laude majores indefesso labore superarant; scholae primi et secundi ordinis, illas gymnasia vocant has scholas circulares, per totum harum quatuor provinciarum ambitum aut tempori convenientius instauratae aut prorsus novae conditae erant; et ab eo inde tempore institutio aetatis tenerioris altas radices egit, ut nunc jam laetissimo fructuum proventu haec imperii Rossici pars, non minus quam ceterae, possit gaudere.

Secundus nondum annus, ut eo redeamus, effluxerat, cum urbs Dorpatensis ipsa et gymnasio et schola secundi ordinis ornaretur. O quam lubet diei illius memoriam revocare, cum celebris et frequens pompa ex aedificio, quod tum usibus universitatis inserviit, egrederetur, et primum in templum Dei Optimi Maximi se conferret, ut summo numini gratias ex intimo pectore ageremus ejusque opem in postera quoque tempora imploraremus; inde vero ad illam domum accederet, in qua, donec sua Gymnasio sedes designari posset, nobis morandum et docendum fuit. Non fors ita tulerat, sed consilio factum erat, ut idem inaugurandis scholis dies eligeretur quo ante tres annos Alexander primus augusto ritu imperii fasces, qui ad ipsum

pervenerunt, consecraverat. O quam juvat ad publicam hujus temporis laetitiam etiamnum animum referre; ad ardentissimas preces pro salute Augustissimi Imperatoris ubique fusas; ad laetas acclamationes civium exterorumque, qui frequentes ad insolitum spectaculum convenerant, et de educatîone carissimorum liberorum non amplius solliciti meliorum temporum animo spem praecipiebant; atque ad omnia ea, quae post tot annorum decursum sentire etiam queas, eloqui nequeas!

Sed si haec non sine praesentis gaudii testificatione elocutus sum, ita tamen nostra natura fert, ut gaudio non mediocris dolor admisceatur. Quam fluxa et cito peritura sunt omnia humana! quotusquisque eorum superest, qui ejus diei laetitiam viderunt; quotusquisque eorum, quorum partes in eo celebrando fuerunt? Eximiorum virorum, qui eo tempore scholis regendis praeerant, nemo nunc Vestro collegio adscriptus est; major pars jam inter vivos esse desiit; quatuor superstites esse gaudeo, sed munere hoc laborioso non amplius funguntur; quorum unus Petropoli, alter hic Regimontii inter clarissimos doctores censentur, senes venerabiles, quorum in geographiam et physicam merita cuinam ignota esse possunt? duos vero apud Vos cum philologicis et philosophicis praelectionibus scriptisque famam nunquam interituram sibi comparasse dixero, nomina ipsa apponere supervacaneum est. — Erant vero ejus diei tres oratores publice constituti, ex quibus duo jam naturae concesserunt, alter qui in aede sacra auxilium summi numinis pro gymnasio nobisque praecep-

toribus imploravit, alter vero, qui Vestri collegii nomine orationem inauguralem in gymnasio ipso habuit, nobisque sacramenti verba praeivit. *) Tertius ego solus supersum, cui honorifica sors tum contigit ut ex numero praeceptorum inaugurali orationi responderem, atque nostram fidem in novo munere ineundo ejusque officiis explendis nunquam defuturam omnium nomine sanctissime sponderem. — Quinque vero tum eramus praeceptores ordinarii, qui novo gymnasio vires nostras consecraremus; ex his duo tantum apud Vos etiamnum eodem munere funguntur, quos veteres collegas cum integerrimi amoris significatione nunc salutare suave officium est; duo vero alio sedes nostras transtulimus; unus eheu praematura morte jam ante multos annos nobis ereptus est. — Tandem discipuli, qui primi nomina sua in tabulas gymnasii referri voluerunt, duodeviginti fuerunt, nisi memoria falsus sum. Etiam horum unus alterque hanc vitam reliquit, et plures fortasse, quam mihi resciscere datum est. Alii vero quam spem de pueris adolescentibusque tum praeceptores concepimus, non solum non frustrati sunt, sed cumulate expleverunt, e quibus unius tantum nunc memor ero, quem in Vestro collegio scholastico sedem suam dignissime tuentem si pluribus laudibus ornem, ne importunus videar, metuendum mihi est.

Sed missa veterum temporum recordatione ad recentia et praesen-

---

*) Quis desiderio sit pudor aut modus tam cari capitis?

tia animus transire gestit. Viginti et quinque anni elapsi sunt; sed in hoc tempore non nimis longo qualis quantaque ut totius rei scholasticae apud Vos ita praecipue gymnasii Dorpatensis mutatio consecuta est? numerus discipulorum non auctus est sed multiplicatus; major numerus classium, quae tum tres tantum erant, constitutus; plures praeceptores ad docendi munus evocati, et his ipsis emolumenta plus quam duplo aucta; atque cum vetus aedificium numerum discentium et docentium apparatusque literarios non amplius capiat, novi jam amplique Musarum templi fundamenta jacta sunt, quod mox Deo favente consummatum inter cetera splendida universitatis monimenta et ipsum urbi erit ornatui, et latiorem campum aperiet juventuti scholasticae in omnibus bonis literis artibusque erudiendae. Sic institutum hoc literarium, quod Alexandro primo originem debet, auspiciis nunc Nicolai primi, quod novum jam Rossici imperii lumen exoriens totus orbis terrarum suspicit, auctius et magnificentius perfectum est. Hinc quae laetitia in condendo Vestro gymnasio omnium animos occupavit, nunc eadem aut similis quinque lustris peractis non apud Vos solum regnat, sed mihi quoque ut qualicunque modo possem intimi pectoris sensus aperirem causa fuit. Atque non dubito fore ut in haec concepta verba mecum omnes, quotquot rebus scholasticis in Vestris oris bene cupitis, congruatis, ut summum numen Augustissimo Imperatori Nicolao primo longam annorum seriem tribuat, in quibus cuncta, quae ad gloriam imperii augendam felicitatemque omnium,

qui ejus nutu reguntur, promovendam faciant, ad felicem exitum perducere possit. Hoc enim si divina providentia Vobis largita fuerit, non solum omnes reliquos vitae dies securi transigetis, sed hunc ipsum diem, qui nunc Vobis post quinque lustra laetior affulsit, prae ceteris inter faustos numerabitis. Haec ut firma rataque sint faxit Deus Optimus Maximus!

Quae vero causae sint tum cur ego hac occasione oblata verba gratulabundus faciam, deinde cur ad Vos, Viri Illustrissimi, potissimum orationem meam dirigam, postremo cur hoc scribendi argumentum elegerim, vix opus videtur ut paucis explicem. Quidni enim ego, qui ante hos quinque et viginti annos, cum gymnasium Vestrum conderetur, pro ejus salute primus inter praeceptores publice vota nuncupavi, nunc hoc tempore exacto, quamquam a Vobis remotus, eadem vota lubente animo non repetam? Et ad quosnam potius orationem meam dirigam, quam ad Vos, qui hujus gymnasii, cui in exteris etiam regionibus omnia fausta precor, curam salutarem et gessistis et gesturi estis? inter quos non solum, ut jam significavi, unum virum conspicio, qui quantam spem quondam gymnasio nascenti fecit, tam salutarem nunc eidem Vobiscum operam navat; sed alium praeterea virum Excellentissimum et Doctissimum ut totius universitatis sic collegii Vestri praesidem dignissimum amore sincerissimo prosequor, qui ab annis academicis inde, cum in almae matris Georgiae Augustae sinu una moraremur, fidem amicitiae sanctissime semper coluit.

Postremo, ut huc perveniam, in his libellis, qui gratulandi causa conscribuntur, eum morem ipsi optime nostis, quo ex vasto literarum campo id argumentum auctor deligat, cui se non imparem esse confidat. Hinc mihi propositum fuerat, ut quod et hac occasione et Vestro nomine et meis studiis aliquatenus saltem dignum esset proferrem, cum quod ipsi quoque nostis in Herodoto edendo nunc quam maxime occupatus sim, ejusmodi scriptionis argumentum eligere, quod et novitate sua non injucundum fore, et ampliorem dicendi materiam mihi suppeditaturum arbitrabar. Constitueram itaque de discrimine, quod inter ionicam Herodoti dialectum, et eam, quam epici ab Homero inde sequuntur, intercedit prolixius disserere; utriusque enim dialecti fines non accurate constituti ut veteres librarios ita recentiores editores saepissime fefellerunt; unde longe alia etiamnum orationis Herodoteae est forma, quam primitus fuisse a me demonstrari posse confidebam. Verum enim vero nisi aliunde, saltem e carissimo fratre, quo astronomiae doctore universitatem Vestram gaudere mihi quoque gloria est, forsitan audiistis, quantis cum valetudinis incommodis cum omni fere familia ipse per totam hanc aestatem conflictatus fuerim. Sic nihil mihi reliqui fuit, ne ei, quod officii mei esse putabam, deessem, quam ut ex excursibus, quos ad editionem Herodoti paratos habeo, unum absolverem, quem Vestro nomini inscriberem. Elegi vero primum excursum qui ad secundum in oratione Herodotea vocabulum pertinet. Hinc me apud Vos satis excusatum esse spero, quod in tenui ut videri possit labore opera nostra constitit. Atque sic valete, Viri Illustrissimi, mihique in posterum quoque favete!

Quaestionum de dialecto Herodoti specimen II.

De declinatione nominum in ευς exeuntium.

Statim in initio operis vereor, ne in nimiae audaciae crimen incurram, qui Ἁλικαρνησσῆος in Ἁλικαρνησσέος mutarim, unius, ut videri possit, eaque perquam dubia codicis auctoritate fretus. Nam ex cod. F., quem primus et solus Schweighäuser contulit, neque ex ullo alio afferri, „eum h. l. in terminatione „nominis atticam formam aut communem *) praeferre, Ἁλικαρνησσέως cum ο „brevi super ω eadem manu picto.“ Dubium itaque esse, quid hujus codicis scriba voluerit; neque majorem auctoritatem huic lectioni parari testimonio Aristidis, T. II, p. 381. ed. Jebb., qui Ἁλικαρνασέος scribat; nam Plutarchum, ubi hunc locum afferat, aliam quidem terminationem εως habere; sed patere tamen hinc, quantum ponderis tribuendum sit, ubi alii scriptores occasione oblata hunc illumve locum ex veterum libris afferant; gravius vero esse, quod Gregor. Corinth. in ipso opusculo de dialecto ionica §. 36. pag. 432. Schaef. Ἁλικαρνασῆος hic scriptum exhibeat, praesertim si conferas, quae verbis disertis idem §. 20. pag. 400. praecipiat τὰς εἰς ος γενικὰς, τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ευς εὐθειῶν γινομένας, διὰ τοῦ ηος προφέρουσι, βασιλῆος λέγοντες καὶ Πηλῆος, quod confirmari ab Grammat. Meerm. §. 4. pag. 649. et ab excerptis e codice Vatic. pag. 695, quae hac regula πᾶσαν adeo εὐθεῖαν εἰς ευς λήγουσαν teneri affirment. His tandem accedere gravissimum ipsius Herodoti testimonium, qui non solum βασιλῆος, βασιλῆϊ saepissime dixerit, (exempla suppeditare Schweigh. in lex. T. 1. p. 119.) sed ipsum nostrum Ἁλικαρνησσῆος praebeat III, 7, 2. et Ἁλικαρνησσῆας VII, 99, 4. ut mirum sit ibidem VII, 99, 3. Ἁλικαρνησσέων adhuc a Gaisfordio tolerari, cum Ἁλικαρνησσήων in cod. S. a docto Anglo post Wesselingîum denuo collato repertum sit; nam priores editores hoc non ausos esse, mirum videri non posse, cum haec lectionis varietas ipsis ignota fuerit, cumque Herodotus non constanter unam eandemque formam secutus videatur. (Schweigh. l. c.)

His et similibus ut respondeam in ipso limine, necessarium mihi videtur; quod si paulo uberius fecero, ne postea semper eadem repetenda sint, cautum hoc modo erit.

*) Hanc formam communem ex communi veterum et nonnullorum recentiorum errore Schweigh. vocavit.

Minime itaque ad Aristidis auctoritatem provoco, ut lectionem a nobis receptam defendam; potiorem tamen eam habeo, quam Plutarchi, atque testimonio Gregorii ad minimum aequiparandam.

Plutarchi enim auctoritas in hac causa nulla est, qui dialecto ad vulgarem consuetudinem immutata terminationem εως adscivit. Aristides vero eo ipso, quod εος praebet, sic in suo codice se habuisse testatur, forma usus, quae tum temporis in communi usu non fuit. Idem vero de testimonio Gregorii valet. Nam locorum, quos grammatici veteres citant, duplex est ratio. Graves testes sunt, ubi ipsorum verborum causa, de quibus agitur, eos afferunt, ita tamen ut contra testimonium ipsorum exceptio valere possit. At vero ubi locum ab iis excitatum videas non eorum verborum earumve formarum causa, de qua tu quaestionem instituis, sed ut aliud quid inde afferant, nullum aliud pondus iis tribui potest, quam ceteris veteribus scriptoribus, locum aliquem quacunque de causa citantibus. Jam cum Gregorius non propter terminationem ηος sed alio respiciens locum nostrum Herodoti afferat (τὸ ι ὑπεξαιροῦσιν οἱ Ἴωνες ἐνίοτε τῶν λέξεων· τὸ γὰρ πονεῖσθαι πονέεσθαι φασὶ, καὶ τὸ δείξω δέξω, καὶ τὸ ἀποδείξω ἀποδέξω· ὡς καὶ Ἡρόδοτος· „Ἡροδότου Ἁλικαρνασῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε“) nil aliud inde concludi potest, quam hoc loco in codice, quo grammaticus usus fuerit, formam in ηος exeuntem exstitisse videri, ut tamen nulla major auctoritas huic scribendi rationi tribui possit, quam si ex alio scripto libro allata sit. At, inquit, praeceptum illud, a recto casu in ευς Iones formare obliquos in ηος etc., alio loco idem disertis verbis posuit. Concedo. Sed si totum Gregorii libellum perlegis, si Homeri Herodotique ratio scribendi tibi nota est, omnia tibi plana erunt. Vetus enim opinio fuit, nullis illa fundamentis innixa, dialectum, qua Homerus et Herodotus usi sunt, unam eandemque esse ionicam. Hinc praecepta artis et exempla plerumque a poëta, omnis grammaticae doctrinae fonte, technographi sumunt, hic illic nonnullis observationibus adspersis, quae ad alios scriptores pertinent, ita ut, quae cuique dialecto propria sunt, aut non discernant, aut confundant. Sic Gregorius l. c. ἀπόδεξις ionicum dixit, Homeri nulla ratione habita; sic alibi θωυμάσας, ὁκόσα, ὁρέω, ὧν etc. quae epici prorsus spernunt; contra vero, quae solis poëtis propria sunt, non minus generali praecepto includunt; augmentum temporale abjici posse; aoristos secundos reduplicationem admittere; ionicum esse ἐρίηρες, ἐυνσάρματες, μεμακυῖα, Λαερτιάδης, Πηληϊάδης, κραδία, τέτρατον etc. Sic itaque intelligenda sunt praecepta Gregorii ceterorumque grammaticorum de terminationibus ηος et ηες (§. 40. pag. 436 sqq.) a recto casu in ευς proficiscentibus; valere scilicet ea de solo epicorum usu; neque exemplum ex Herodoto petitum apposuit, quia non potuit. Et sic jam grammaticus ille, cui excerpta e cod. Vatic. supra allata debemus, hoc de ηος praeceptum posuerat reliquis cautior in ὑποθέσει εἰς τὴν Ἰάδα, ᾗ κέχρηται Ὅμηρος. Atque ut uno exemplo sed eo illustri finiamus, Gregorii verba haec sunt §. 22. pag. 404. τὰς εἰς ου ληγούσας γενικὰς, τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ος εὐθειῶν γινομένας, διὰ τοῦ οιο προφέρουσι, Μενελάου Μενελάοιο, θείου θείοιο,

κυδαλίμου κυδαλίμοιο. Hoc quo spectet, quivis facile videt; at eodem praeceptum de ηος et ηες latum spectare, nunc dubium esse nequit.

Sic itaque in quaestione de declinatione nominum, quorum casus rectus in ευς exit, ad eam solam consuetudinem redeundum est, quam apud Herodotum obtinere et veterum librorum scriptorum auctoritas et analogia postulat.

Omnibus jam rite perpensis jure mihi statuere videor, Herodotum in hac declinatione unam simplicemque formam semper secutum esse, βασιλεύς, βασιλέος, βασιλέϊ, βασιλέα, βασιλεῦ — βασιλέες, βασιλέων, βασιλεῦσι, βασιλέας, βασιλέες; ab hac legitima forma librarios nonnunquam aberrasse in diversam partem, rarius Atthidem secutos (βασιλέως, βασιλεῖ,) saepius ad epicum usum accedentes (βασιλῆος, βασιλῆϊ), a qua aberratione editoribus in posterum ad veram ionismi normam redeundum esse. Quod ut demonstremus, primum de omnibus ceteris nominibus ad hanc declinationem inflexis dicemus; tum de vocabulo βασιλεύς; tandem de eo, a quo disputatio haec orsa est, Ἁλικαρνησσεύς.

Itaque ut hinc incipiamus, in omnibus reliquis vocabulis hujusmodi terminationem a nobis propositam constanter tenent libri scripti editique. Semel tantum aut bis ad atticam formam aberratum est, de quibus locis postea dicetur; ad epicam vero in editis nusquam, in scripto uno alterove non saepius. Enumerabimus nunc omnes locos, ita ut ubi nihil additum fuerit, omnes libri et mscrr. et editt. consentire censendi sint; exempla vero literarum ordinem servabunt; nominativum et vocativum casum numeri singularis omisimus, ut de quorum terminatione nulla unquam lis fuerit; pauca vocativi pluralis exempla ad nominativum relata reperies.

ἀγωγέες. II, 175, 3.

Αἰγιαλέος. V, 68, 4. Αἰγιαλέες. VII, 94. Αἰγιαλέας. V, 68, 4.

Αἰολέες. I, 28. — 141, 1, — 149, 2. — 150, 1. — 157, 5. — IV, 89, 1. — VII, 9, 3. — IX, 115, 2. Αἰολέων. I, 26, 4. — 150, 3. — 152, 1. — II, 178. 2. — III, 90, 1. — IV, 138, 2. — V, 123. — VI, 8, 1. — 28, 1. — Αἰολεῦσι. I, 141, 4. — V, 94, 3. — Αἰολέας. I, 6, 3. — 150, 3. — 171, 1. — II, 1, 2. — III, 1, 1. — V, 122, 2. — VI, 98, 1.

Αἰολιδέων. VIII, 35. Sic a Gronovio inde e majore codicum parte editum est; antea erat Αἰολίδων, quod, a tribus codd. sustentatum, ferri non potuit. Nomen ignotum ut in Αἰλαιέων mutaretur, suasit Valcken. Sed cf. Larcher. T. V. pag. 457. et Mueller. Orchomen. p. 484, qui rectum casum Αἰολίδαι ponit, neque quicquam contradico.

ἁλιέας. VII, 137, 3.

ἀμφορέων. IV, 163, 3. ἀμφορέας. I, 51, 2. — 70, 2. — IV, 81, 4. — 163, 3. — 164, 4. — 195, 5. — VIII, 28, 2. 3.

ἀρχιρέας. II, 142, 1.

ἀριστέας. VI, 81, 1.

Ἀταρνέος. I, 160, 4. 6. Sic editores recentt. a Schaefero inde e duobus saltem codd. F. et *a*. Antea obtinuit atticum Ἀταρνέως. — VI, 28, 3. — VII, 42, 1. — Ἀταρνέϊ I, 160, 4. e cod. F. recentt. Antea eodem atticismi vitio Ἀταρνεῖ scriptum erat.

Αὐσέες, Αὐσέων. De hac voce postea separatim dicetur.

1 *

γονέος. I, 91, 2. — *γονέα.* IV, 26, 1. ubi un. cod. S. *γονῆα* — *γονέες.* II, 43, 3. *γονέων.* V, 6, 2. *γονέας.* I, 146, 4. — III, 38, 6. — VI, 61, 5.

Δαρδανεων. I, 189, 1; quod nomen an huc recte retulerim, nescio. Populus enim hic prorsus ignotus est. Periti emendant *Δαρνέων.*

Δεκελέος. VI, 92, 6. ubi a Steph. inde usque ad Wess. *Δεκελέως* edebatur contra codd. et Ald. — *Δεκελέων.* IX, 73, 1. *Δεκελεῦσι.* IX, 73, 3. *Δεκελεας.* IX, 73, 2.

Διπαιεῦσι. IX, 35, 2.

Δωριέος. V, 44, 1. — 45, 1. 3. — VII, 158, 2. (bis) — 205, 1. 2. — IX, 10, 5. *Δωριέϊ* V, 45, 3. — 46, 1. — 47, 1. — *Δωριέα.* V, 41, 4. — 44, 1. 2. — 45, 1. *Δωριέες.* I, 28. — 139, 2. — 146, 3. — 171, 6. — III, 56, 2. — V, 76, 1. 2. — VII, 9, 3. — 93, 1. — VIII, 46, 2. — 73, 2. *Δωριέων.* I, 144, 1. — II, 171, 4. — 178, 2. — V, 68, 1. — VI, 15, 1. 3. — 55. — VII, 95, 3. — VIII, 31, 2. — 73, 3. *Δωριεῦσι.* I, 57, 1. — V, 72, 6. *οὐ γὰρ θεμιτὸν Δωριεῦσι παριέναι ἐνθαῦτα.* Duo libri scripti Britt. apud Wesseling. *Δωριῆα*, quod Schaeferum in utramque editionem recepisse miror, cum qui sint illi libri et qualis ipsorum auctoritas non constet. Et si recipi meretur, *Δωριέα* scribendum fuit. — VIII, 141, 1. *Δωριέας.* I, 6, 3. — VIII, 66, 3.

Ἐνάρεες. IV, 67, 3. et *Ἐναρέας.* I, 105, 5, ne quid desit, affero. Accentus non sibi constat; et quid rectum sit non exploro.

Ἐνιπέος. VII, 129, 3.

Ἐρετριέες. VI, 100, 1. — 101, 2. — VIII, 1, 2. — 46, 2. — *Ἐρετριέων.* V, 99, 1 — 102, 3. — VI, 100, 3. 4. — 119, 1. 2. — IX, 28, 6. — *Ἐρετριεῦσι.* V, 99, 1. — *Ἐρετριέας.* VI, 102, 1. — 119, 2. 5. (bis) — IX, 31, 6.

Ἐρεχθέος. VII, 189, 2. Sic e tribus codd. inter quos S. primus edidit Gaisf. quem Matth. secutus est. Ceteri epicum *Ἐρεχθῆος* tuentur. — VIII, 44, 3. Etiam hic Gaisf. et Matth. soli rectam scribendi rationem sequuntur. Ceteri quos vidi *Ἐρεχθῆος.* Sed, quod nolim factum, de cod. S. doctus Anglus tacet, ut qua auctoritate fretus ita scripserit nesciam. Suspicor tamen hunc ita dare; nam in VIII, 55, 1, ubi reliqui editores non minus in epicam formam consentiunt, ex quinque jam codd., inter quos hic ipse S. est, *Ἐρεχθέος* restituit Gaisf. cum Matth. Et in dativo V, 82, 5 omnes libri scripti editique *Ἐρεχθέϊ* dant.

ἑρμηνεος. III, 38, 6. *ἑρμηνέες.* II, 154, 3. — 164, 1. — III, 140, 7. — *ἑρμηνέων* I, 86, 7. — IV, 24, 3. — . *ἑρμηνέας* I, 86, 4.

Ἑρμιονεος. VII, 6, 5. *Ἑρμιονέες.* VIII, 43, 2. 3. — 72, 1. — IX, 28, 6. *Ἑρμιονέων.* III, 59, 1. — VIII, 43, 2. — IX, 28, 6. *Ἑρμιονέας.* IX, 31, 6.

ἐξαγγελέος. III, 84, 3.

Εὐβοέες. VIII, 4, 2. — 20, 1. — *Εὐβοέας.* VII, 156, 4.

Εὐρυσθέος. IX, 26, 3. — 27, 3.

Εὐρωπέα. VIII, 133, 1. — 135, 1. 3.

Ἡφαιστιέες. VI, 140, 2.

Θεσπιέα. VIII, 75, 2. *Θεσπιέες* V, 79, 3. — VII, 222, 1. 2. — VIII, 75, 1. *Θεσπιέων.* VII, 132, 1. — 202, 2. — 226, 1. — 227. — VIII, 66, 3. — IX, 30, 2. 3. *Θεσπιέας.* VIII, 25, 2.

Θηβαιέος. I, 182, 1. — II, 42, 1. — 54, 2. — IV, 181, 4.

Θησέος. IX, 73, 2.

ἱππέα. IV, 126, 1. — VII, 208, 1. — VIII, 54, 1. — IX, 54, 2. — 60, 1. *ἱππέες.* VI, 58, 1. — VII, 87, 2. — VIII, 124, 4. — IX, 18, 1. — 51, 3. — 52, 2. *ἱππέων* I, 67, 6. (bis) — IV, 121, 1. — IX, 23, 3. — 49, 5. *ἱππεῦσι.* IV, 87, 3. — VIII, 113, 4. *ἱππεας.* I, 84, 1. — 103, 2. — IV, 72, 6. — VIII, 138, 2. 3. — IX, 17, 3 — 22, 5.

ἱρέα. I, 183, 6. — II, 122, 3. — 141, 1. 2. — 142, 1. — 147, 2. — III, 37, 3. — VI, 81, 2. *ἱρέες.* I, 181, 7. — II, 13, 1. — 36, 1. — 37, 4. 5. 10. — 54, 2. — 65, 7. — 90, 2. — 99, 3. — 100, 1. — 102, 2. — 107, 1. — 113, 1. — 116, 1. — 120, 1. — 122, 3. — 130, 2. — 136, 1. — 142, 1. — 143, 1. 3. — 164, 1. — III, 29, 1. 3. 4. *ἱρέων.* I, 140, 3. — II, 3, 1. — 13, 2. — 19, 2. — 38, 3. — 55, 1. — 63, 2. — 102, 3. — 168, 1. — III, 28, 1. *ἱρεῦσι.* II, 3, 2. — 44, 1. — *ἱρεας.* II, 113, 4. — 118, 1. — 139, 2. *) — III, 28, 1. 2. — 29, 2. 3.

Ἱστιαιέων. VIII, 23, 4.

Καβηλέες. VII, 77, 1. Latere idem populi nomen in III, 90, 2. *Καβαλίων* acute Valcken. suspicatus est.

Καλυνδέων. VIII, 87, 4. 5.

Καρυανδέα. IV, 44, 1.

Καφηρέα. VIII, 7, 1.

Κηφέος. VII, 150, 2. *Κηφέα.* VII, 61, 4.

Κινδυέος. V, 118, 2.

κναφέα. IV, 14, 2.

Κουριέες. V, 113, 1. *Κουριέων.* V, 113, 2. *Κουριεῦσι* ibid.

κωπέες. V, 23, 3. Sed *κωπέων* VIII, 12, 1 huc non referendum videtur.

Λυγκέα. II, 91, 6.

Μαντινέες. IV, 161, 3. — IX, 77, 1. *Μαντινέων.* VII, 202, 1. — IX, 35, 2. *Μαντινεῦσι.* IX, 77, 4. *Μαντινέας.* ibid. (bis).

μαστιγέας cf. *στιγέας.*

Μεγαρέες. VIII, 1, 2. — 45. — 74, 3. — IX, 21, 1. 2. 3. — 69, 3. — 85, 3. — *Μεγαρέων.* VII, 156, 3. — IX, 28, 8. — 31, 7. *Μεγαρεῦσι.* IX, 21, 5. — *Μεγαρέας* I, 59, 5. — VII, 156, 3. — IX, 69, 2.

Μηκιστέα. V, 67, 6.

Μηλιέα. IV, 33, 2. *Μηλιέες.* VII, 132, 1. — 215, 2. *Μηλιέων.* VII, 216, 2. — VIII, 43, 3. *Μηλιεῦσι.* VII, 215, 2. *Μηλιεας.* VII, 196, 2. — VIII, 66, 3. — IX, 31, 7.

Μυλασσέα. V, 37, 1.

νομέων. IV, 130, 2. *νομεῦσι.* II, 96, 3. *νομέας.* I, 194, 3. 6.

Ὀργέος. VII, 118.

Παιανιέϊ. I, 60, 5.

Παλέες. IX, 28, 7. *Παλέας.* IX, 31, 6.

Πανοπέων. VIII, 35, 1. *Πανοπέας.* VIII, 34, 1.

---

*) Gregor. §. 67. pag. 476. hunc locum laudans: *τὸ τέμνειν τάμνειν λέγουσιν. Ἡρόδοτος ἐν δευτέρῳ· „τοὺς ἱερέας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ συλλέξαντας* (sic pro *συλλέξ-„αντα*) *πάντας μέσους διατάμνειν“* solum ionicum *τάμνειν* confirmat; in vocabulo vero nostro ionismum deserit, ubi *ἱρέας* scribendum erat, aut potius *ἱρῆας*, ut iis satisfiat, qui ionicum *Ἁλικαρνησσῆος* ejus auctoritate muniunt.

Πατρέες. I, 145, 3.
Πεδιέας. VIII, 33, 1.
Πειραιέα. VIII, 85, 1.
Περσέος. II, 15, 1. Sic post Schweigh. recentiores editores e duobus codd. F. *a.* Antea obtinuit atticum *Περσέως.* — 91, 2. 3. — VI. 53, 1. 2. (bis) — VII, 150, 2. *Περσεϊ.* II, 91, 4. — VI, 53, 2 — 54. — *Περσέα.* II, 91, 4. 6. 7.
Πηδασέα. VIII, 104, 1. — *Πηδασέες.* I, 175, 1. 2. — VIII, 104, 1. — *Πηδασέων.* VIII, 105, 1.
Πηλέος. VII, 191, 3. Sic e duob. codd. Gaisf. et Matth. Reliqui tenent epicum *Πηλῆος*; unus cod. F. atticum *Πηλέως.*
Πλαταιέα. IX, 72, 2. — 85, 5. *Πλαταιέες.* VI, 108, 1. (bis) — 2. 10. — 111, 2. — 113, 1. — VII, 233, 4. — VIII, 1, 1. — 44, 1, 2. — IX, 83, 2. *Πλαταιέων.* VI, 108, 5. — VII, 132, 1. — 233, 4. — VIII, 50, 2. — 66, 3. — IX, 7, 2. — 31, 7. — 51, 2. — 52, 2. 3. — 83, 1. *Πλαταιεῦσι.* VI, 108, 6. 9. — 111, 3. *Πλαταιέας.* VI, 108, 7. 9.
πορθμέων. I, 24, 11. *πορθμεας.* ibid. 5.
πορφυρεϊ. IV, 151, 3.
Πριηνέος. I, 170, 3. *Πριηνέα.* I, 27. 1. — 170, 1. *Πριηνέες.* VI, 8, 3. *Πριηνέας.* I, 15, 2. — 161, 2.
Πρωτέος. II, 112, 3. — 121, 1. *Πρωτεϊ.* II, 112, 3. *Πρωτέα.* II, 112, 2. — 114, 1. — 116, 1. — 118, 5.
Σαραγγέων. III, 93, 2. — VII, 67, 3. a Wesselingio ad rectum casum *Σαράγγαι* refertur. Mihi nondum liquet.
στιγέας. VII, 35, 1. ubi antea *μαστιγέας* edebatur.
Στυρέες. VIII, 1, 2. — 46, 4. *Στυρέων.* VI, 107, 3. — IX, 28, 6. *Στυρέας.* IX, 31, 6.
Συλέος. VII, 115, 2. Sed nec de hujus nominis casu recto satis mihi constat.
Σφενδαλέας. IX, 15, 2.
Τελμησσέες. I, 78, 3. 4. *Τελμησσέων.* I, 78, 2. (bis) — 84, 3.
Τερμερέα. V, 37, 1.
τοκέα. I, 137, 2. *τοκέες.* I, 122, 3. — IV, 114, 4. *τοκέας.* I, 5, 3. — II, 35, 6. — III, 52, 5. Sic e tribus codd. Schaef. Gaisf. Matth. reliqui *τοκῆας.* — IV, 5, 1. alii *γονέας* — 114, 7.
Τριταιέες. I, 145, 3.
Τριτέας. VIII, 33, 1.
Τυδέα. V, 67, 6.
Ὑγεννέων. III, 90, 1. Nomini obscuro alii aliud substituerunt. cf. Wess. et Valcken.
Ὑλλέας. V, 68, 4.
Φαληρέων. V, 63, 5.
Φαρέες. I, 145, 3.
Φηγέος. IX, 26, 6,
φονέα. I, 44, 2. — 109, 4. — 124, 2. — III, 50, 4. *φονέες.* V, 57, 1. — 62, 1.
Φωκαεϊ. VI, 12, 3. *Φωκαέα.* I, 152, 1. *Φωκαέες.* I, 163, 1. 3, — 164, 1. 2. 4. — 165, 1. (bis) — 166, 3. — 167, 2. — VI, 8, 3 (bis) *Φωκαέων.* I, 167, 4. — VI, 8, 4. *Φωκαεῦσι.* I, 164, 1. — 166, 4. *Φωκαεας.* I, 163, 3.

Φωκέες. I, 146, 3. — VII, 176, 6. 7. — 215, 2. — 217, 3. — 218, 1. (bis) 3. 4. VIII, 27, 3. — 28, 1. — 29, 1. — 30, 1. (bis) — IX, 17, 2. 5. — 18, 3. — 31, 8. Φωκέων. I, 46, 2. — VI, 34, 4. — VII, 203, 1. — 207, 2. — 212, 3. — 217, 2. — 218, 5. — VIII, 27, 2. 4. — 32, 2. — 33, 3. — 134, 1. — IX, 17, 4. — 18, 4. — 31, 7. Φωκεῦσι. VIII, 31, 1. — Φωκέας. VII, 215, 2. — VIII, 27, 1. 2. 5. — 28, 3. — 32, 1. — IX, 18, 2. — 66, 3. — 89, 2.

χαλκέος. I, 68, 6. χαλκέα. ibid.

Χαλκιδέες. V, 74, 2. — 91, 3. — VIII, 1, 2. — 46, 2. — 127, 2. — IX, 28, 6. Χαλκιδέων. V, 74, 3. — 77, 3. — VI, 100, 2. Χαλκιδεῦσι. V, 77, 1. 2. 3. — 99, 1. Χαλκιδέας V, 77, 1. — 99, 1. — IX, 31, 6.

Χοιρέας. VI, 101, 1. an huc pertineat, nescio.

Attulimus nomina octoginta fere, numerus exemplorum ad quingenta pertingit. In editionibus Gaisf. et Matth. nullus exstat locus, ubi epica forma remansit; in prioribus usque ad Schweighäuserum quinquies epica forma se obtulit, a Gaisfordio merito sublata, codicibus in quatuor saltem locis meliora dantibus; de quinto dubitationi locus restat; sed ibi quoque Gaisfordium codicem S. secutum esse, supra jam suspicati sumus. Bis praeterea vidimus libros scriptos unum alterumque ad epicam formam inclinare, merito spretam ab editoribus, quinquies vero in iisdem vestigia atticae consuetudinis superesse. Duo jam atticismi exempla quae supersunt in omnibus fere editionibus Αἰγέως I, 173, 4. γονεῖ III, 109, 3, quis in posterum feret? et rectum Αἰγέος et γονέϊ Schaefer jam in repetita editione Reiziana dedit. Occurrit praeterea gentile nomen Αὐσεῖς bis apud Herodotum IV, 180, 1. 2. atque in gignendi casu Αὐσέων semel IV, 191, 1. Sed Αὐσεῖς suspicionem jam Valckenaerio movit, idque jure; nam terminationem εις ne in βασιλεῖς quidem, quod vocabulum quam saepe in aliis casibus ad epicam et atticam dialectum inclinaverit postea videbimus, ullus liber nec editus nec scriptus adscivit. Condonandum vero est eruditissimo Valckenaerio, Herodoteum fuisse Αὐσῆες suspicanti; nam ut alibi jam prodidi, epicam et ionicam dialectum similiores esse, quam revera sunt, omnes olim opinati sunt. Αὐσεῖς ob prorsus insolitam terminationem ferri non posse liquet; Αὐσῆες Herodotum spreturum fuisse, docuimus; nemo itaque vitio mihi vertet, si Αὐσέες in mea editione lectori obtulero.

Sed quod judicium ferendum est de una forma, quae neque attica neque epica est, tandem ne graeca quidem, quam tamen omnes editores retinuerunt, quamvis meliora codicibus suadentibus? Legitur enim ad nostra usque tempora Εὐβοέεσι VIII, 5, 4, quod qua ratione defendi possit, edoceri cupio *); sed legitimum Εὐβοεῦσι, nisi quod τὸ νῦ ἐφελκύειν sinunt, quatuor dant codices, immerito neglecti, atque in his optimi S. et a. Memoria praeterea dignum est, quod solus cod. F. offert, Εὐβοέσιν, non quod hoc ullo modo graecum esse possit, sed quod novum argumentum praebeat, unde pateat quid de scriba hujus codicis, docto utique, censendum sit. Hic enim antagonistae quasi partes in se recepit, dumque vitia orationi Herodoteae ex nimio epicae con-

*) Huc quidem non pertinet, simile tamen est, quod Valck. ad VI, 22, 1. commendavit, ut pro τί ἔχουσι scriberetur παχέεσι.

suetudinis studio illata tollere studet, nimis in alteram partem inclinavit, ea substituens, quae aut atticis relinquenda fuerunt, aut nullo unquam veterum usu defendi possunt. Atque si video eundem in IX, 21, 5 pro reliquorum omnium scriptura Μεγαρεῦσι dare Μεγαρεεῦσι, suspicor fere, eum ab initio Μεγαρέεσι scribere voluisse, sed mutata in melius sententia ad terminationem εῦσι transiisse. Sic factum est, ut saepe ille vera videret, saepius vero novos orationi Herodoteae naevos inferret.

Transgredimur jam hinc ad quaestionem de recta ratione, qua casus nominis βασιλεύς praeter rectum singularis scribendi sint, sollerter indagandam. Vidimus in praecedentibus octoginta esse vocabula in quingentis fere exemplis, quae epicam declinationem aversentur. Num tu credis, solum vocabulum βασιλεύς tot adversariis obviam ire posse? Atqui ne ipse Schweighäuser quidem quondam hoc credidit, cujus haec est annotatio ad I, 94, 3. „βασιλεα „scripsi cum F. *a. c.*, in quod paulo post consentiebant edd. cum msstis. „Mire in hujus vocabuli formis variant libri, et inconstantes inprimis sunt „edd. Sed ex compluribus inter se collatis libris intelligi videtur, non secutum esse Herodotum in hoc vocabulo Homericum ionismum ε „in η mutantem; in genitivo vero usum esse terminatione ος non ως.“ Sed celerrime in ipso edendi labore eorum, quae ipse recte intellexerat, oblitus est, ut mox videbimus, ut, cum lexicon Herodoteum scriberet, contrariam sententiam amplecteretur Tom I, pag. 119. „In casibus obliquis hujus nominis variant non solum libri qui hodie supersunt, sed ipse etiam Herodotus non constanter unam eandemque formam secutus videtur.“ Cur in hoc vocabulo jam propter Homericum ὁ γὰρ βασιλῆϊ χολωθείς ad epicam formam proniores fuerint librarii, alibi docebitur; quantopere vero ad η adulterinum invehendum inclinarint, vel inde patet, quod cum βασιλήεσσι epice scribere non auderent, tamen IV, 11, 4 cod. S. βασιληῦσι dederit, et quod VI, 57, 3 et 58, 1 omnes libri editi ante Wesselingium et nonnulli scripti βασιλῆσι (βασιλῆσι Steph. sec.) tuiti sint. Talia si scribae delinquere potuerunt, non nimis audaces videbimur, fidem in similibus iis abrogantes.

Sed nunc locos ipsos inter se componemus, initium facientes ab iis, in quibus rectam scribendi rationem nullus liber, quantum ex collationibus non semper accuratissime institutis liquet, deserere videtur. Nihil itaque varietatis affertur in his locis:

βασιλεος. II, 108, 2. — 137, 4. — 142, 1. — III, 14, 2. — IV, 71, 4. — 167, 5. (atque in duob. libris scriptt. et vett. quibusdam editionibus bis; in reliquis alterum βασιλέος ejectum est.) — VII, 10, 10. — 26, 2. — 27, 1. — 137, 4. (ubi in eadem §. βασιλῆος ante Gaisf. praecesserat.) — 138, 1. — 145, 2. — 146, 1. 4. — 174, 1. — 183, 2.

βασιλέϊ. I, 163, 2. — II, 30, 2. 9. — 32, 1. — 99, 7. — 121, 4. — 133, 1. — 162, 6. — III, 17, 2. — 21, 1. 5. — 39, 2. — 72, 5. — 84, 3. — 97, 7. — 98, 1. — 102, 3. — 118, 2. — 119, 1. — 120, 4. — 130, 6. — 132, 1. 2. — 140, 4. — IV, 65, 3. — 76, 4. — 78, 1. — 150, 3. — 159, 4. — 161, 4. — 168, 3. (bis) — 201, 5. — V, 2, 2. — 18, 1. 4. — 20, 5. — 31, 2. — 36, 3. — 49, 9. — 73, 3. — 105, 1. — 111, 4. — 115, 1. — VI, 2, 3. — 11, 3. — 30, 2. — 33, 5. — 47, 3. — 48, 2. — 50, 2. — 59. — VII, 5, 5. —

10, 21. — 32, 1. — 40, 2. — 99, 3. — 107, 2. — 119, 3. — 130, 4. — 135, 3. 4. — 136, 1. — 139, 2. — 174, 2. — 210, 4. — 233, 2. (bis) — VIII, 11, 5. — 35, 2. — 65, 4. — 66, 3. — 89, 4. — 104, 1. — 110, 3. — 137, 3. — 138, 1. — 140, 3. 5. — IX, 3, 1. — 24, 1.

βασιλέα. I, 13, 2. — 94, 7. — 97, 4. — 98, 1. (bis) — 99, 2. (bis) — 114, 2. — 115, 3. — 120, 2. — 129, 4. — 137, 1. — II, 28, 4. — 109, 1. — 111, 2. — 121, 27. 32. — 136, 1. 5. — 141, 2. — 145, 2. (bis) — 162, 2. — 168, 4. — III, 4, 6. — 9, 5. — 14, 1. — 23, 1. — 38, 8. — 66, 1. 4. — 83, 2. — 84, 1. — 85, 4. — 118, 2. 3. — 129, 1. — 132, 2. (bis) — 138, 1. — IV, 79, 5. — 81, 5. — 88, 2, — 153, 2. — 155, 2. — V, 41, 1. — VII, 133, 2.

βασιλέες. I, 13, 5. — 125, 5.

βασιλέων. I, 186, 2. — II, 101, 1. — 121, 4. — 152, 2.

βασιλεῦσι. II, 142, 4. — IV, 11, 5. — VI, 56, 1. — IX, 33, 5.

βασιλέας. I, 147, 1. — II, 133, 3. — 136, 5. — 142, 1. — 147, 2. — 152, 8. — 169, 8.

Centum sunt, ni fallor, sexaginta et duo loci, in quibus nihil varietatis neque e codd. neque ex editis libris allatum vidi. Longe vero major etiam numerus exemplorum est, ubi recentissima Gaisf. editio eum in hoc vocabulo scribendo usum sequitur, quem solum rectum pronunciamus, ita tamen ut ex libris scriptis editisque tum pauciores tum plures in alia abeant. Neque desunt loci, in quibus contra omnium reliquorum librorum fidem scribendi rationem Gaisf. mutavit. Atque laudo sane hoc, imitaborque. Verum hoc vituperari debet, quod saepe monere neglexit, se a reliquis libris discedere, unde ingratus nobis labor exhauriendus fuit in indaganda auctoritate cujusque lectionis. Sed haec etiam exempla nunc enumerabimus, monito lectore, ubi solos numeros appositos videat, ibi Gaisfordium tacite contra ceteros libros sic scripsisse.

βασιλέος. I, 1, 4. E duob. codd. F. et *a* solus Gaisf. edidit. Duo alii *) habent atticum *βασιλέως*. Editi ceteri cum uno saltem cod. S. dant epicum *βασιλῆος*. — 2, 2. Solus Gaisf. nullo codice ut videtur addicente. Sed septem praebent leviter vitiatum *βασίλέως*. — 2, 3. e quatuor codd. Et quintus F. eodem modo, quo in *Ἁλικαρνησσέος* vidimus, scripsit quidem *εως*, sed *ο* breve super *ω* exaravit. — 90, 2. Sic quatuor codd. et editi a Wesselingio inde. Unus cod. S. cum veteribus editt. *βασιλέως*. Epicam formam nullus liber praebere videtur. — 91, 7. Diserte affertur ex uno cod. S. Edidit sic tamen jam Wess. et ceteri recentt. Tres codd. et vett. editt. *εως*. — 94, 3. recepit primus Schweigh. e duob. codd. Unus habet *εως*, editi veteres *ηος*. — 94, 9. Schw. e duob. codd. un. *εως* v. edd. *ηος*. — 114, 2. Schw. e duob. codd. tres alii *εως* v. e. *ηος*. Hanc lectionis varietatem prorsus omisit Gaisf. — 120, 5. Gaisf. et Schäf. ex uno cod. S. quatuor *εως*, reliquae editiones, etiam Schw. et Matth. *ηος*. — 120, 8. Tacite sic edidit solus Gaisf. habet tamen cod. *a* ap. Schw. et duo alii *εως*. Hoc notare neglexit Gaisf. Sed affert *ηος* e cod. S. quod reliquae editiones omnes, etiam Schaef., habent. — II, 13, 1. Gaisf. ex

---

*) Tres quidem codd. Gaisfordius attulit; sed eorum unus quem post Wessel. B. vocat, Parisiensis est *a*; cf. Schweigh. ad VI, 40.

cod. S. Omnes reliqui ηος. — 30, 4. rectum dedit jam Wessel. e cod. S., cui forsitan alii adstipulantur cf. Schw.; antea fuit εως. — 102, 1. Wesseling. et tres ad minimum codd. cum Ald. sed Steph. et reliqui ante Wessel. εως, quod unus cod. F. certe tuetur. — 121, 9. 10. 29. 30. (bis) In his quinque locis rectam scripturam ubique cod. S. Gaisfordio praebuit; non minus constanter cod. F. scribit εως; ceteri editi omnes ηος; unus Schaef. in edit. Reiz. ter εος, in secundo vero et quinto loco ηος, cujus inconstantiae nullam sane causam video. — 124, 1. e cod. S. sol. Gaisf. — 147, 2. ex S. — 150, 4. Gaisf. et Reiz. sed unde nescio. Nam duo codd. F. et S. εως habent; editi ceteri ηος. — 154, 6. Gaisf. e nullo libro scripto, ut videtur. — 158, 7. Schaef. Gaisf. Matth. e codd. S. et *a*. cod. F. εως editt. reliq. ηος. — 162, 5. Ex quatuor ad minimum codd. et edit. Aldin. rectum jam Wesseling. dedit; εως duo codd. habent cum reliquis veteribus editt., ηος nemo tueri videtur. — III, 1, 5. omnes libri conspirant in recta scriptura; ex uno tantum F. εως affertur. — 62, 5. ex S. — 101, 3. Schaef. et Gaisf. cum S. ceteri ηος; unus F. εως. — 117, 2. Omnes et scrr. et edd. habent εος, nisi quod F. solenni atticismi amore εως, et quod unus S. nunc quidem ηος habet, cupidius quam par erat receptum a Wesselingio, quem Schweigh. deserere non ausus est. — Sed ibid. 7. omnes consentiunt in εος, praeter F. qui suo more scribit. — 119, 5. Etiam hic reliqui omnes εος. At F. εως et S. ηος, unde Wess. et Schw. asciverunt. — Prorsus idem in 120, 3. locum habet. — 137, 3. Schaef. Gaisf. at reliqui ηος. — 140, 3. εως F. Reliqui codd. etiam S. ηος. soli Reiz. Gaisf. Matth. εος. — 140, 7. cum Matth. — 146, 1. εως F. ηος S. Wess. Schweigh. Reliqui εος. — — IV, 6. Gaisf. Reiz. Matth. εος. F. εως. ceteri etiam S. ηος. — 42, 3. Rursus εως F. ηος S. Wess. Schw. reliqui εος. — 43, 2. εος Gaisf. cum Reiz. et Matth. e nullo cod. εως F. ηος vulgo. — 76, 6. Solus cod. S. ηος, quod cum non vidisset Wessel. legitimum εος, a quo ne F. quidem dissentire videtur, intactum mansit. — Sed 77, 1. ηος ex S. Wess. et Schw. εως F. εος ceteri. — 78, 3. εος Gaisf. Schaef. Matth. εως F. ηος vulg. — 164, 5. e trib. codd. *a*. S. et ipso F. Gaisf. — 197, 1. ηος vulg. quod Gaisf. notare neglexit, unde nescias, quid S. praebeat. εως F. — V, 24, 4. εως F. Vulgo cum Schaef. ηος. Gaisf. et Matth. εος. — 30, 7. Omnes ηος, etiam S., praeter Gaisf. et Matth. — 31, 4. solus Gaisf. εος. — 35, 2. Gaisf. Matth. — 98, 3. Gaisf. Matth. εος. Sed F. βασιλέως aut βασιλέος, nam postremae duae literae non expressae sunt, teste Schweigh. quod Gaisf. notare neglexit. reliqui ηος. — 104, 1. 2. utroque loco soli Gaisf. et Matth. εος. Secundo tantum loco εως aut εος F., neglectum a Gaisf. — 118, 2. Hic prorsus idem locum habet. — VI, 3, 1. 2. Etiam hic, nisi quod primo tantum loco ex F. βασιλέως affertur. — 9, 3. Gaisf. Matth. — 13, 2. iidem soli εος F. εως. — 29, 2. Gaisf. Matth. — 39, 4.

Rursus omnem lectionis varietatem omisit Gaisf., εος cum Matth. edens. Sed id ipsum ex cod. F. Schweigh. affert. Et quod reliqui dant ηος e duobus saltem codd. S. V. diserte idem apponit. — 40, 2. Gaisf. Matth. — 43, 1. (bis) iidem; utroque loco εως F., neglectum a Gaisf. — 59. iidem; at F. εως. — 95, 1. Hic prorsus idem locum habet; at solita inconstantia Gaisf. lectionem cod. F., quam loco proxime praecedente enotaverat, nunc apponere omisit. — 97, 3. Hic quoque F. dare εως neglexit Gaisf. εος edens, quod Matth. retinuit. — VII, 6, 7. Gaisf. Matth. — 44, 1. iidem. — 95, 3. iidem. Sed codicem F. habere sive εος sive εως, ultima Syllaba non expressa, monere oblitus est Gaisf. — 135, 4. Gaisf. Matth. Sed F. εως, tacente Gaisf. — 137, 4. Etiam hic prorsus idem obtinet. — 139, 5. Hic nusquam ηος apparet; sed εος jam ex S. a Wesselingio editum est, quod recentiores omnes retinuerunt; et sic quoque edit. Ald. Ceterae editiones cum cod. F. εως. — 213, 1. (bis) Gaisf. Matth. In codice F. utrum εως an εος sit in utroque loco dubium esse, notat Schw. quod Gaisf. neglexit; sed idem ex cod. S. in priore loco εος confirmat. — 224, 4. Gaisf. Matth. In F. εως esse rursus Gaisf. tacet. — 233, 1. Omnes editi εος. Sed cod. S. ηος, quod contra morem a Wesselingio non receptum est; cod. F. εως an εὸς dubium, tacente Gaisf. — 239, 5. Hic legitimum εος tuentur duo codd. S. V. et editiones a Wessel. inde. Antea legebatur εως. Nullius varietatis meminit Gaisf. — VIII, 10, 2. Gaisf. Matth. Sed F. εως. — 11, 2. prorsus idem locum habet, ut etiam 19, 1. — 24, 4. — 26, 2. 4. — 27, 2. — 44, 3. — 55, 2. — 65, 2. — 69, 1. — 75, 3. — 85, 4. 5. — 87, 2. 4. — 96, 3. — 107, 2. In his sedecim locis Gaisford tacite terminationem εος invexit, nihil monens de reliquorum editorum lectione ηος, et de scriptura cod. F. εως, quam ubique Schweigh. apposuerat. — 113, 2. Gaisf. Matth. De F. nunc nil affert Schweigh. — 118, 4. 6. εος soli Gaisf. et Matth. ηος ceteri, nisi quod duo codd. utroque loco εως habent, quod neglexit Gaisf. monere. — 127, 1. Gaisf. Matth. — 136, 1. iidem. Sed F. εως tacente Gaisf. — 137, 3. Gaisf. Matth. — 140, 1. Hic tandem Gaisf. lectionis a se receptae testem laudat S. Sed tacet de scriptura εως cod. F. et de ηος omnium editorum, praeter Matthiaeum. — 140, 6. 9. Gaisf. Matth. In altero horum locorum sed nescias in utro cod. F. εως dare monet Schweigh. — IX, 3, 2. Gaisf. Matth. — 11, 3. Hic εος multos codd. dare, εως vero F., monitum est; retinuerunt tamen editores ηος praeter duumviros saepe jam nominatos. — 42, 1. Gaisf. Matth. sed εως F., tacente Gaisf. — Similiter 61, 1. — 66, 1. — Sed 67, 1. ex F. nil allatum video. εος dant soli Gaisf. Matth. — 107, 2. 5. iidem; sed F. solennem morem non deserit, εως dans. — 116, 3. 6. Hic prorsus idem locum habet; sed in omnibus quatuor locis Gaisf. codicis F. non meminit.

βασιλέϊ. III, 137, 4. 6. Utroque loco Wessel. e duobus codd. S. V. βασιλῆϊ edidit, quem solus Schw. secutus est. Reliqui rectam formam praebent,

quae ipso Schweighaeusero teste retineri potuerat, imo debuerat. — IV, 64, 2. Etiam hic iidem duo e solo cod. S. *βασιλῆϊ* dederunt, reliqui legitimum tenent. — 166, 2. Solus S. atticum *βασιλεῖ* praebet. — Sic etiam V, 17, 2. — VIII, 87, 1. *βασιλέϊ* soli habent Gaisf. et Matth. Atticum *βασιλεῖ* duo codd. F. S. Reliqui epicum *βασιλῆϊ*. — 107, 2. Hic antea ab Aldo inde in quarto casu *βασιλῆα* legebatur, non minus recte, ut Valckenario etiam visum est; sed tum *βασιλέα* esse deberet. E cod. M. Gronovius dedit *βασιλεῖ*, quod cum alii quatuor codd. postea collati confirmassent, Wesselingius retinuit. Schweigh. vero cum omnibus recentioribus e cod. F. ionicum *βασιλέϊ* restituit.

βασιλέα. I, 14, 5. E quinque codd. rectum dedit Gaisf. et, qui eum secutus est, Matth. ceteri epicum *ηα* tenent. — 73, 2. Ex Aldina per omnes propagatum erat *ηα*; primus Gaisf. *εα* e septem codd. reposuit, ut dubium videri possit, an nullus cod. epicam formam praebeat. Solus vero Matth. eum secutus est. — 94, 6. Hic cum primus Schweigh. e tribus codd. *εα* edidisset, ceteri recentiores, etiam Schaef., eum secuti sunt. Vituperandus vero Gaisf. est, quod veterum editionum lectionem *ηα* non memorans etiam quid in cod. S. legatur, sileat, cum Wesselingius nullam inde varietatem afferat. — II, 121, 7. 12. 16. 18. In his quatuor locis solus Gaisf. e cod. S. *εα* edidit, quam scripturae varietatem Wesselingium toties in tam brevi intervallo fugere potuisse mirum est. — II, 122, 1. Omnes *ηα* praeter Gaisf. qui tamen quo auctore *εα*. scripserit, nos non certiores facit. Possis forsan Athenaeum pag. 410, e. (T. 2. p. 905. Dind.) in auxilium vocare, qui locum hunc transscribens *βασιλέα* dat; sed neglecta ionica specie eum hoc fecisse, Wesseling. jam monuit, librariorum potius credam culpa, quam suo ipsius consilio, cum ionicum *μίν* retinuerit. — 151, 4. e duob. codd. *εα* dederunt Schaef. Gaisf. Matth. — III, 86, 3. Ultima capituli verba *ὡς βασιλέα* sex ad minimum codd. omittunt; in quibus legantur, non proditum est. Mirum vero est, cum reliquae editiones *βασιλῆα* habeant, Schweighaeuserum, in ipsa oratione idem ponentem, in verbis notae criticae praemissis *βασιλέα* dare, quod Gaisf. nihil de varietate monens edidit. — IV, 43, 5. Ex cod. S. *ηα* dederunt Wess. Schaef. Schweigh. ceterae editt. *εα*, quod diserte e cod. F. affertur, cui alios non nominatos Schweigh. adjungit. — 126, 1. Ionicum *εα* e cod. S. dedit Gaisf. cum Schaef. et Matth. — 204, 1. iidem e duob. codd. S. F. — V, 31, 5. Rectum *βασιλέα*, quod Gaisf. et Matth. dederunt, in uno certe cod. F. legi, testatur Schweigh. Idem a Gaisf. quidem affertur e duobus codd. S. V. sed de hoc ut dubitem, facit comparatio variantis scripturae apud Schweigh. Nam praeter varietatem in voce *βασ.*, aliae etiam eodem loco in aliis vocibus occurrunt. Huc respiciens hos duos codd. ita legere affirmat Schweigh. *καὶ τούτοισι καὶ αὐτὸν βασ.*, ultimo vocabulo ita in fine detruncato. Jam vero cum Schw. ipse *βασιλῆα* ediderit, cum idem postea diserte *βασιλέα* ex F. afferat, hoc parte sua deminutum *βασ.* nihil aliud quam *βασιλῆα* esse posse, credo. Gaisford vero ultimam vocem plenam ponens *βασιλέα* scripsit; atque ab altera parte negari nequit, Gaisfordii scripturae, cum ipse denuo cod. S. contulerit, haud parvum

hinc pondus addi. — 42, 2. Gaisf. et Matth. sine codicis auctoritate, ut videtur. — 44, 1. iidem e duob. codd. F. S. Atque hinc non parum confirmatur, quod antea de cod. S. denuo collato suspicati sumus. Nam Wessel. hanc scripturam non viderat; Gaisf. vero h. l. non aliam ob causam, ut antea, sed propter hoc ipsum eam affert. — 50, 1. iidem ex iisdem duobus codd. — Sic quoque 51, 4. — at 54, 1. e sol. cod. S. — 63, 4. ex iisd. duob. codd. In omnibus his quatuor locis a Wessel. scriptura cod. S. non indicata est. — 64, 1. Gaisf. Matth. nullo codice ut videtur auctore. — Sic quoque 67, 3. — 91, 3. — 98, 1. — Sed 103, 2. iidem codd. S. F. βασιλέα dederunt. — 108, 1. παρὰ βασιλέα dedit F. παρὰ βασιλεῖ S., neque hoc Wesselingio animadversum, non magis quam 114, 4. ubi F. et S. εα praebent. — 124, 1. tres codd. εα. — VI, 2, 1. tres codd. S. K. F. εα. Atque hic quidem Wesseling. hanc varietatem afferens, addito et saepius satis significat, se non ubique eam attulisse, quod sane non minimi momenti est, ut Gaisf. ab injusta suspicione liberemus, eum omnia haec tacite correxisse. Sed, ut jam dixi, melius nobiscum egisset, auctoritate libri scripti et lectione veterum librorum memoranda si non abstinuisset. — VI, 24, 1. 3. Utroque loco ex iisd. duob. codd. εα editum est a Gaisf. et Matth. — 30, 1. Gaisf. Matth. ex solo cod. F. — ibid. 2. iidem, sine cod. — 32, 2. iid. cum cod. F. quod Gaisf. notare neglexit. — idem locum habet 41, 4. — Sed 52, 3. de cod. F. silet Schweigh. — Sic etiam 65, 1. — 70, 3. — 85, 4. — 104, 2. — VII, 1, 1. Hic in plurimis codd. forsitan in omnibus exstat εα, quod tamen editores praeter Gaisf. et Matth. spreverunt. Et cum Wessel. frequentissime in hoc libro hanc terminationem in codd. a se collatis occurrere testetur, quid de silentio ejus Gaisfordiique sentiendum sit, patebit. — 2, 1. Hic jam in secundo loco hujus libri de codd. omnes silent; ediderunt tamen εα Gaisf. et Matth. — 3, 4. e duob. codd. S. F. Hic Schweigh. quoque varietatem hanc non semper enotatam esse confitetur. — 4, 1. sine diserto codicum testimonio. — 6, 3. similiter. — At 10, 7. cum contra cod. S., qui βασιλῆα habeat, βασιλέα se edidisse testetur Gaisf., in ceteris locis, ubi tacite εα edidit, cod. S. assentiri verisimile sane est, ut statim 10, 22. — 39, 3. — 55, 4, — 103, 2. — 108, 2. — 124, 1. Hic codd. S. F. εα praebuerunt nominatim laudati. — 136, 1. „βασιλεα puto scripturus erat F. sed in fine lineae terminationem non expressit.“ Sic Schweigh. — 137, 3. πρὸς βασιλεα habet F. Quid in S. sit nescio, nam propter dissensum in praepositione Wessel. hinc affert ἐς βασιλ. et sic Gaisf. quoque. Si vero comparo, quae Wessel. in initio hujus libri dixerat, βασιλέα eum quoque praebere vix dubito, praesertim cum Gaisf. εα edens, si dissentiret S., non βασιλ. sed βασιλῆα scripturus fuisse videatur. — 139, 7. sine cod. — 147, 3. cod. F. non nominatus a Gaisf. — 151, 4. sine cod. — 165, 1. εα habent quatuor codd. — 194, 3. cod. F. praeteritus a Gaisf. — sic etiam 212, 1. — 214, 1. — 220, 3. — VIII, 22, 5. — 65, 6. — 68, 1. — 86, 3. In his septem locis semper F. rectum praebet, quam scripturam cum Gaisf. semper retinuerit nil monens, idem in S. exstare haud sine causa suspiceris. — 88, 1. nihil ex cod. affertur, ut nec 90, 1. — Sed 96, 1. auxilio est cod. F. — 100, 1. nihil enotatum. — Sic 105, 4. — 113, 1. cod. F. cum aliis putat Schw. — 114, 3. sine cod. — 118, 2. duo codd. ap. Schweigh. neglecti

a Gaisf. — 119, 2. cod. F. — 126, 1. sine cod. non minus quam 129, 5. — 130, 1. cod. F. — IX, 18, 4. cod. F. — 113, 2. εα dant quatuor codd. — 116, 2. duo codd. S. F.

β α σ ι λ έ ε ς. I, 120, 3. Sex codd. accuratius collati dederunt *βασιλέες*,, quod Schweigh. recepit, quem recentiores praeter Matthiaeum secuti sunt, qui ad *βασιλῆες* rediit, nescio cur. — 184, 1. Hic vero, cum quinque codd. idem praebeant, Schweigh. ab epico *ηες* non descivit, Matthiae vero cum Gaisf. et Schaef. *εες* praetulit. — II, 129, 2. Gaisf. Schaef. Matth. e duob. codd. F. S. — 140, 3. Gaisf. solus e cod. S. Reliquae editiones omnes etiam Schaeferi et Mathiaei *ηες*. In omnibus his quinque locis, quos hucusque numeravimus, Wessel. scripturam cod. S. neglexerat. — IV, 119, 1, Rectum dantem cod. F. secuti sunt nunc omnes recentiores Gaisf. Schaef. Matth. — Idem obtinet in 128, 1. — Sed V, 7, 2, ubi codd. duo S. F. *εες* praebuerunt, Schaefer ad *ηες* rediit. — 65, 4. Gaisf. Matth. sine codicis suffragio, ut videtur. — 110, 1. iidem duumviri e duob. codd. — Idem obtinet in VI, 6, 3. — VII, 6, 3. Gaisf. Matth. nullo cod. ut videtur auctore. — 50, 6. iidem e codd. S. F. — 90, 1. — VIII, 131, 3. in his duobus postremis locis e codd. nihil allatum est.

β α σ ι λ έ ω ν. II, 100, 1. Hoc loco *βασιλήων* e cod. S. edidit Wessel. eumque secuti sunt Schw. et Matth. Sed editiones vett. Gaisf. Schaef. cum cod. F. *εων*. E Parisinis codd. nil enotatum erat; hinc forsitan eos cum S. consentire suspicatur Schw. In hoc quidem non facile quisquam ei assentietur; Sed minime ferendum est, Gaisfordium codices Parisinos inter eos recensere, qui *εων* tueantur. — 129, 1. Gaisf. Sch. Matth. e codd. S. F. — 134, 3. iidem e cod. F. — 141, 1. iidem e S. F. Quod supra jam suspicati sumus, Wesselingium non semper terminationum ionicarum curam habuisse, ut et ipse non semel confessus est, ejus luculentum testimonium hic locus praebet. Nam pro lectione, quae olim recepta erat, *τῶν πρότερον βασιλήων* e duob. codd. V. S. affert *τῶν πρόσθεν βασ.* exitu vocabuli neglecto. Sed S. dare *βασιλέων* Gaisford testatur. — 148, 5. Gaisf. Schaef. Matth. e codd. S. F. — 151, 1. Gaisf. Schaef. ex iisdem codd. Cur vero Matth. h. l. duces suos deseruerit, *ηων* retinens, divinare nequeo. — 161, 2. Hic Matth. duos illos comitatur, *εων* scribens, quod iidem codd. S. F. dederunt. — III, 15, 2. Hic vero omnes praeter Gaisf. ad *ηων* redierunt, ob codicum ut videtur consensum; nam ex S. diserte epicam terminationem affert Gaisf. — IV, 11, 3. Bis in hac sectione *εων* ediderunt Gaisf. et Matth. atque in priore quidem loco e cod. S. — IV, 71, 3. Gaisf. Schaef. Matth. e solo cod. F. — VI, 57, 2. 5. (bis). In his tribus locis soli Gaisf. et Matth. *εων* dederunt; sed sic esse c o n s t a n t e r in cod. F. ad h. l. annotavit Schw. De codice S. silet Gaisf. — 58, 3. (bis) 5. 6. In ultimo tantum ex his quatuor locis scriptura *εων* affertur, sed e quatuor illa codicibus S. P. K. F. Atqui prudens ad h. l. annotatio est Schweighäuseri: „ergo et hi hoc „in genere cum nostro F. faciunt, puto vero et alii plerique codices, nisi for- „san etiam omnes: ac saepe mihi oborta erat suspicio, V e n e t u m Herodoti „editorem, cujus vestigia alii secuti sunt, nimis studiose sectatum esse ionis- „mos, ac subinde contra codicum omnium praescriptum H o m e r i c a s verborum „formas H e r o d o t o obtrusisse.“ Haec cum lego, nihil magis doleo, quam

Schweighäuserum non ipsum in hac sententia perstitisse; ad hanc enim si se normam direxisset, et iis, qui codicum Parisinorum conferendorum in se curam receperunt, indicasset, ad quae praecipue in hac collatione respiciendum esset, longe aliam formam dialecti Herodoteae nos jam habere persuasissimum mihi est. Eadem vero haec verba non minus mihi testimonio sunt, cod. F. etiam in tribus praecedentibus locis, ubi in hoc capitulo βασιλήων occurrit, legitimam formam dare; nam ni hoc esset, expectari poterat, Schweighäuserum hoc monuisse. — 63, 4. Gaisf. Matth. ex F. S. — 70, 4. F. et alii, teste Schweigh., sed nescio qui, habent εων. Receperunt, ut expectari poterat, Gaisf. et Matth., quamvis lectore non monito. — 73, 2. iidem, sed codice qui adstipuletur non nominato. — Idem locum habet in VIII, 131, 2.

βασιλεῦσι. De tribus locis, qui huc pertinent, locuti jam sumus in initio quaestionis de vocabulo βασιλεύς institutae pag. 8. Nam in omnibus nostris editionibus nunc ubique βασιλεῦσι legitur a Wesselingio inde; sed antea bis VI, 57, 3. — 58, 1. legebatur soloecum βασιληισι sive βασιλῆσι, quod e codicibus emendatum est; et semel IV, 11, 4. cod. S. βασιλεῦσι dedit, cui plaudens bene Schweigh. acclamavit.

βασιλέας. IV, 10, 4. Gaisf. Schaef. Matth. e cod. F. — 118, 1. Omnes editt. etiam veteres βασιλέας, praeter Wessel. qui ex S. ηας dedit, et Schweigh. De ceteris codd. siletur, sed F. rectum dare Schw. testatur. — VI, 34, 2. Gaisf. Matth. e cod. F. quod monere Gaisf. neglexit, de S. quoque tacens. — 52, 5. iidem e codd. S. F. — 53, 1. iidem sine cod. — Sic etiam 56, 2. — Sed 57, 1. 4. e cod. F. diserte allatum est. — 86, 1. sine cod. — Sic etiam 98, 5. — At VII, 149, 2. ex F. εας affertur.

Si bene numerorum rationes subduximus, ducenta sunt et duodequinquaginta exempla, in quibus Gaisfordii editio eam normam servat, quam solam rectam apud Herodotum pronunciavimus; atque longe major eorum pars defenditur ab ipsa scripturae varietate, uno codice duobusque plerumque, sed non raro quoque pluribus quin omnibus veram viam monstrantibus. Sexaginta quidem et quinque loci enumerati sunt, ubi dubii esse possimus, an nullius codicis auctoritate mutatio veteris lectionis innitatur. Sed numerus hic per se non exiguus si cum longe majore contrariorum locorum numero comparatur, — addenda enim sunt etiam centum sexaginta duo exempla illa, in quibus nullum librum nec scriptum neque editum a genuina scribendi ratione aberrare supra monstravimus, — numerus hic, inquam, per se non exiguus, ad hoc si respexeris, parvus esse reperitur. Verum enim vero vidimus viros doctos, quibus conferendorum codicum opportunitas erat, in his, quas minutias esse opinati sunt, nullum fere studium posuisse; raro ex codicibus ante Wesselingium collatis ejusmodi varietatem afferri; Wesselingium ipsum confiteri, se has terminationes saepius neglexisse, quod ita esse iterata collatio cod. S. a Gaisf. instituta planissime docuit; Schweighäuserum saepe conqueri, quod quid in Parisinis codd. sit, quos non ipse oculis perlustraverat, se nescire sibi fatendum sit. Duorum itaque codicum tantum paulo accuratiorem collationem possidemus, cui fidere possis; codices dico S. et F., quorum alterum Gaisford alterum Schweighäuser ipsi manibus versarunt. Neque tamen hi duo viri ubique attulerunt in

ea saltem quaestione, quam hic tractamus, quid in iis legatur. Vidimus Schweighäuserum saepe profitentem, codicem F. constanter sic habere, sive suo more sic dare; vidimus praeterea Gaisfordium receptam lectionem mutantem tum tantummodo de cod. S. monere, ubi mutationi adversetur, sed saepe tacere, ubi consentiat. Et tamen vel sic maxima eorum locorum pars, quos Gaisf. e codd. diserte enumeratis mutavit, ambos codices sponsores excitare potest; atque nullus est, quin alterutrius fide nitatur. Ex his omnibus certissima argumentatione mihi concludere videor, partim si diligentius reliqui libri scripti examinentur, multo plures locos nos reperturos, ubi hi quoque veram ionicam formam repraesentent; partim vero in iis etiam exemplis, quae hucusque codicum auxilio destituta videntur, codices F. et S. meliora praebituros esse. Atque sic mihi quidem nemo facile eam opinionem eripiet, numerum hunc sexaginta quinque locorum, accuratius collatis codicibus, non dico valde imminutum sed ad nihilum fere redactum iri.

Sed maneat vel sic hic numerus; tamen ex omnibus, quae hucusque disputata sunt, luce clarius mihi esse videtur, Gaisfordium jure vel contra codices horum locorum scripturam immutasse. Quo magis minor, quae causa ipsum, cum in tercentum et decem exemplis quod restituendum erat non dubitarit reponere, potuerit impedire, ut quindecim tantum locos intactos remanere siverit. I, 56, 4. βασιλῆος. — 132, 3. βασιλεῖ. — 192, 1. βασιλεῖ. — ibid. 3. βασιλεως. IV, 6. βασιλῆας ubi cod. F. βασιλέας.. — 7, 1. βασιλῆος. — ibid. 2. βασιλῆες. — 11, 4. βασιλῆας. — 73, 1. βασιλῆας. — 102, 1. 2. βασιλῆες. — 138, 1. βασιλῆος. — V, 75, 2. 3. βασιλῆας. Sed si ex his exemeris tria atticae formae βασιλέως, βασιλεῖ exempla, et unum, ubi codici F., nescias cur, non obtemperatum est, reliqui quoque undecim loci qua ratione corrigendi sint, ambiguum esse non potest.

Jam si in amplius octoginta hujusmodi nominibus quorum quingenta fere exempla erant, nemo negare potest, Herodoto solam eam declinationem placuisse, cujus legem supra proposuimus, si in nomine βασιλεύς praeterea, quod in amplius quadringentis et viginti exemplis occurrit, inconstantem librorum usum ad eandem constantiam revocandum esse demonstravimus, feremusne, ut tandem eo redeamus, unde oratio nostra orsa est, in vocabulo gentili Ἁλικαρνησσεύς semel tantum in editis libris rectam formam exstare, ter vero adulterinam? Imo nemo ita servili modo codicibus addictus erit, ut haec vel sine scriptorum librorum auctoritate mutanda neget. Sed salva res est. In ipso operis initio unum saltem codicem F. ionicam formam servasse jam vidimus. In III, 7, 2. pro editorum ηος tres codd. K. P. F. εος praebent; de Parisinorum silentio testis est Schweigh., ut cum Wesseling. scripturae ηος sponsores codicem S. et alios laudet, fortasse aliorum nomine K. et V. comprehenderit; fieri tamen etiam potest, ut propter Gronovii silentium de M. tantum cogitarit. In VII, 99, 3 vero omnes editi Ἁλικαρνησσεων praebent; et e solo cod. S. ηων ab Gaisf. affertur, quod Wesselingium in collatione fugerat. Atque ibid. 4. ηας quod hucusque editos libros insidet, in posterum locum cedet ionico εας e tribus codd., quorum maxima auctoritas est, S. V. F.

Quaestionum

de

dialecto Herodoti

specimen tertium

---

scripsit

Dr. C. L. Struve.

Regimontii
apud fratres Bornträgeros.
1830.

Quaestionum de dialecto Herodoti specimen III.

De orthographia vocabuli θωυμα et derivatorum*).

Si nuper gravissimis argumentis ducti contra veterum grammaticorum praecepta suam Herodoto rationem scribendi restituere conati sumus, jam ut pateat quam non iniquo animo ergo hos affecti simus, eorundem causam contra recentiorum inconstantiam et novandi libidinem agere nobis constitutum est. Quod inconstantes et novandi cupidos quosdam recentiorum dixi, ad Gaisfordium et eos, qui hunc sequuti sunt, spectat. Atqui hanc inconstantiam ipse confitetur in monito, quod tertio tomo editionis praefixum legitur, pag. XXXVII. „Sed in v. θώϋμα, θῶυμα vel θῶμα scribendo paulo inconstantius versatus sum." At vero cum addit, „equidem posteriorem formam [θῶμα] libenter reponerem, sicubi eam vel unus codex probae notae exhibeat" cur hanc potissimum formam genuinam judicarit, indicare neglexit. Mihi vero longe aliter visum est; efficiamque, ni opinio me fallit, ut ne dicam θῶμα sed ne θῶυμα quidem Herodoteum videatur prae antiqua scribendi ratione θώϋμα. Atque hoc mihi postulare videtur et veterum grammaticorum auctoritas et in codicum dissensu multorum suffragium.

Notissimum est tria esse vocabula, quae in vulgari dialecto diphthongum αυ recipiant, in ionica**) vero sonum ad o accedentem teneant, quae sonorum inter se confusio in aliis etiam linguis reperitur, ut cum dicimus lautum et lotum, Claudium et Clodium, caudicem et codicem, similia. Sunt vero haec tria vocabula τραῦμα cum derivatis, θαῦμα cum derivatis, ἑαυτόν cum affinibus ἐμαυτόν, σεαυτόν. Sonum vero hunc ad o accedentem Jones expresserunt tum per ω tum per ων. Atque in τραῦμα quidem constans fere erat scriptura τρῶμα, ita ut τρωυμα vel prorsus rejectaneum haberi, vel seriorum scriptorum pravo imitandi stu-

*) Accentibus et signis discriminantibus in hoc vocabulo similibusque ab initio addendis abstinui, nisi hic illic ob certas rationes statim unicuique intellectas. In altera hujus disquisitionis parte quid verum mihi videatur patebit.

**) Jonicam dico dialectum non ex communi loquendi ratione, quae epicas Homeri aliorumque formas etiam huc retulit Nam in ea quaestione, quam nunc tractamus, si unum obscurum locum Hesiodi exceperis, constanter αυ retinent poëtae, ut etiam hinc pateat magnum discrimen esse inter epicorum consuetudinem et ionicam dialectum. Cf. spec. sec. p. 2.

1

dio tribui debeat*). Praeterea haec vocalium commutatio in hac voce nihil miri offert, cum jam in ipsa vulgari dialecto fundata sit, quae τραῦμα quidem, τραυματίζω etc., sed non minus τέτρωμαι, ἔτρωσα, τιτρώσκω novit. Contra in ἑαυτον similibusque eadem constantia librariorum, si a quibusdam locis discesseris, ubi unus alterve codex ad vulgarem consuetudinem rediit, ambas vocales ω et υ junxit, ita ut ἑωτόν ne per lapsum quidem scribentis reperiatur.

Multo vero aliter res se habet in vocabulo θαῦμα sribendo; nam et veteres librarii et recentiores editores inter θῶμα et θῶυμα s. θώϋμα eligendi nobis arbitrium relinquunt, aequalitatem nunquam, ut videtur, secuti**). Ad hunc dissensum, si fieri potest, tollendum, primo loco ad auctoritatem grammaticorum confugiemus; dein libros scriptos excutiemus.

Initium facimus a loco Herodoti VII, 187, 2. ὥς τε οὐδέν μοι θῶμα παρίσταται. Sic enim edidit Schweighäuser non solum e codd. bonae fidei P. S. F. sed Thomae quoque Magistri auctoritate advocata, apud quem locus s. v. προέδωκεν pag. 739. edit. Bern. citatur. Sic enim ratiocinatur Schw. „θῶμα hic legisse Thomam M. intelligitur ex mendosa scriptura δῶμα, quae olim

*) Τρῶμα apud Herodotum quod bis terve in uno alteroque codice in τραῦμα mutatum fuit, nemini mirum videbitur. At τρωυμάτων, quod IV, 180, 4 in veteribus editionibus legebatur, quodque nullos nisi ignobiles sponsores inter codd. excitare potest — inter Parisinos cod. c. tum duos obscuros Britannicos — rejectaneum est, et jure a Schweighaüsero septem codd. auctoritate, inter quos optimus quisque reperitur, expulsum, ut nolim a Matthiaeo in pristinam sedem reductum esse. Ex pravo vero imitandi studio ortum pronuncio τρωυμα apud Lucian. de dea Syr. c. 20., minimeque cum Reitzio in τρῶμα mutandum. Seriores enim hi scriptores, qui Iadem resuscitare conati sunt, dici fere nequit, quantum omnem operam perdiderint, Lucianum dico, Arrianum, auctorem vitae Homeri, Aretaeum etc. Hi enim nullo dilectu adhibito formas epicorum, Herodoti, Hippocratis (cujus dialectus non in levibus tantum rebus multum ab Herodotea differt), grammaticorumque commenta inter se commiscuerunt, ita ut oratio ipsorum nullo nativo colore insignita sit. Lucianus τρωυμα dixit, analogia scilicet vocabuli θωυμα seductus; idem memor se apud Herodotum μνέας legisse, nominativum μνέες non refugit; epica sunt ἔσεται, ἔσσεται, λίσσετο, φθέγξατο, ἔμμεναι, ἀπρήκτοιο, δοιά, ἠέλιος, πάντεσι, ἐθέλησι; Hippocratem imitatus ἴητο, ὀρῆ, ἐσορέης dixit; falsam ionismi speciem referunt κέραα, ἀτρεκέει, φαείνεται, ἐπερέεται, ταί, ἐπὶ τῆς; vulgaria plura posuit ut φθορᾷ, τοιᾷδε; et quod saepius ἑνικῶς legitur κέαται et κέατο grammaticorum commentum est, qui miro acumine passivas terminationes αται et ατο singularis numeri esse pronunciarunt magno consensu, atque apud Homerum cum semper πληθυντικῶς appareant, Pindaricum schema in auxilium vocarunt. Quid quod nonnulli eo progressi sunt, ut pluralem in αυται exire juberent, qui, quamvis in scriptoribus superstitibus non lectus, in fragmentis tamen et glossis grammaticorum non semel repertus est. Sed haec digito monstrasse sufficiat.

**) Utrum θῶυμα an θώϋμα scribendum sit, si θῶμα rejiciendum videatur, postea sub examen vocabimus.

in ejus Lexico obtinuerat." Sed cur tacet Schw. ipsum *θῶμα* apud Magistrum afferre duos codd. regios; vulgarem formam *θαῦμα* unum Leidensem; at *θώϋμα* optimum cod. Burmanni*), quod recentissimum editorem recepisse? Gaisfordium vero et ipsum editionem grammatici non inspexisse, patet ex brevi notula, in qua Thomam inter testes lectionis *θῶμα* sic nude excitat. Sed luce clarius patet ex Thomae verbis nihil elici posse; nam ibi sicut in plerisque Herodoti locis codd. in diversa abeunt. — Simplex vero est et apertum Hesychii testimonium. T. I. p. 1753. *θῶμα, θαῦμα,* quod Albertius quidem in *θώϋμα* mutatum malit, ego cum Koenio non item, jam propter ipsum literarum ordinem, cum inter *θῶκος* et *θωμένοις* vocabulum positum sit. Neque negabo unquam, scripturam *θῶμα* fundamento quodam niti; nam quo alio modo toties libros scriptos insedisset? Sed grammaticorum quorundam, ut uno verbo dicam, commentum agnosco, qui propter *τρῶμα* sic scribi debere edixerunt**).

Verum enim vero contrarium scribendi usum confirmant duo alii grammatici, alter qui vulgo nunc Gregorius audit, alter Eustathius; idque, quo praecipue respiciendum est, non ab aliam quamcunque causam locum aliquem afferentes, quae ratio apud Thomam obtinuit, sed de industria hunc ionismum tractantes; atque tum hos grammaticos graves testes esse, quibus nisi validis argumentis ducti fidem derogare possimus, jam in spec. II. p. 2. monuimus. — Gregorii haec sunt verba in libello de dialecto ionica §. 30. p. 419 *τῷ ω ἀντὶ τοῦ α ἐν τῇ αυ διφθόγγῳ χρῶνται, ωὑτός λέγοντες ἀντὶ τοῦ αὐτός, καὶ θωυμάσας ἀντὶ τοῦ θαυμάσας.* Videmus non *αυ* in *ω* versum dici, sed *α* in diphthongo *αυ*, unde *ωυ* scribi debere concluditur. Non minus clarum est testimonium Eustathii ad Iliad. 4, 359. pag. 482, 39. Rom. T. 1. p. 384. Lips. *τὸ δὲ περιώσιον, ὡς καὶ ἑτέρωθι δηλοῦται, καθ' ὁμοιότητα γίνεται τοῦ θωυμάσιον, ὡς γὰρ ἐκεῖνο ἰωνικῶς ἐκ τοῦ θαυμάζω θαυμάσω κεκίνηται, οὕτω καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ περιαύω περιαύσω τὸ φωνῶ, ἵνα ᾖ περιωύσιον τὸ ἐξάκουστον ἐν φωνήσει, καὶ ἀπελεύσει τοῦ υ περιώσιον.* Aperte doctus archiepiscopus solam scripturam *θωυμάσιος* novit; nam si *θωμάσιος* in usu fuisse credidisset, simplici via e *περιαύσιος* formari posse *περιώσιος* contendisset, neque inauditum *περιωύσιος* aut *ἀπέλευσιν τοῦ υ* in subsidium vocasset. — Postremo addimus locum Eustathii, qui omni exceptione major est, ad Iliad. 5, 396. pag. 563, 21 Rom. T. 2. p. 40. Lips. *ἐν δὲ τῷ ωὑτὸς ἀνήρ, ἤγουν ὁ αὐτός, ἰστέον ὅτι ἡ ωυ δίφθογγος ἐν μιᾷ μὲν λέξει κατὰ διάλυσιν προάγεται διεξοδικῶς, οἷον θωϋμάσιος ὁ θαυμάσιος, καὶ ἑωϋτοῦ ἀντὶ τοῦ ἑαυτοῦ· ἐν δὲ δυσὶ λέξεσι κέκραται τῷ λόγῳ τῆς συναιρέσεως.* Comparatio vocabuli *θωϋμάσιος* cum *ἑωϋτου*, quod, ut jam dictum est, nemo *ἑωτοῦ* scripsit, atque ipsa diphthongi

*) Optimum voco hunc codicem, non ut meae sententiae velificer, sed Oudendorpii judicium secutus in prooemio, fol. 4. verso.

**) Possim quoque Joannis grammatici testimonium afferre in II. tractatu de dialectis p. 322. (ap. Herm. de emend. rat. Gr. Gr. p. 48.) *τὸ ω μέγα ἀντὶ τῆς αυ διφθόγγου ἐκφέρει οἷον καῦμα κῶμα, θαῦμα θῶμα.* Sed propter adjectum *κῶμα*, quod nemo pro *καῦμα* unquam posuit, hujus grammatici testimonio non magnopere fidendum duco.

ων mentio sententiam Eustathii obscuram non sinunt, ut nunc taceam de alio gravissimo argumento, quod in his verbis inest, quodque suo loco uberius explicabimus, diphthongum ων in ἑωϋτοῦ et θωϋμάσιος binas syllabas efficere.

Per grammaticos itaque non modo nil obstabit, quo minus θωυμα ut ἑωυτου scribatur, sed necessarium fere est. Jam quid forsan e codicum dissensu in contrariam sententiam afferri possit, videamus. Sed memores simus, tum, quod nuper jam monuimus, duorum triumve codicum solorum nos habere paulo accuratiorem collationem, in qua ad has minutias, ut nonnullis videtur, respectum sit, cum plerique editorum semel aut bis contenti ejusmodi dissensum enotare haec tanquam ἀδιάφορα reliquerint; tum, si in tanto dissensu quid momentum faciat non statim appareat, tamen cum grammaticorum doctrina nondum refutata sit cumque quid librarios pellexerit, ut θῶμα sicut τρῶμα scriberent, satis jam explicatum videatur, nemini mirum videri posse, si etiam hic ad certam quandam normam vel contra plurium librorum manuscriptorum placita nos dirigamus. Editionum vero nunc praeter Schweighäuserianae et Gaisfordianae*) nullam rationem habebimus, cum hae tantum novis codicibus collatis alicujus momenti sint, reliquae vero a recentioribus curatae nullo certo consilio prout cuique editorum lubuit modo hoc modo illud in hac saltem quaestione praetulisse videantur. Omnes itaque locos, in quibus vocabulum θωυμα cum derivatis reperitur, nunc ordine librorum servato recensebimus.

Lib. I.

In brevi prooemio, quod Herodotus historiae praefixit, θωυμαστά in omnibus libris legi videtur, praeter S. qui vulgarem formam θαυμαστά praebet; atqui credi potest in initio saltem operis diligentiorem eorum curam fuisse, quibus conferendorum codicum opportunitas erat.

I, 11, 5. ἀπεθώμαζε habet cod. M., nimium ille a Gronovio laudatus, cum ad novissimum fere ordinem detrudi debeat, et cod. F. a prima manu**); quod non miror, eorum memor, quae in spec. II. pag. 7. 8. dixi. Si ipsius librarii secunda manus est, quae ad ων rediit, illustre denuo exemplum habemus, quemadmodum in Ἁλικαρνησσέος sic in hoc vocabulo librarium audaciorem initio corrigendum sibi credidisse exemplar, quod exscriberet, postea vero poenitentia ductum ad genuinum usum rediisse. — Sed ἀπεθωυμαζε tuentur praeter editionem Aldinam, cujus nulla fere apud me fides est, codd. ad minimum octo apud Schw. in his S. et a***).

*) De Gaisfordii inconstantia, quam ipse confitetur quamque propterea ei non magnopere vitio vertam, (nisi hoc vituperandum sit, quod ad editiones festinandas multi nunc accedunt nulla aut exigua cum eo scriptore quem tractant familiaritate contracta), supra jam verba fecimus. Initio formae θωυμα magis favit. Hinc factum est, ut in primis tribus libris bis tantum θωμ. ederet, in octo vero et triginta locis θωυμ. In quarto libro dubius animi haerere coepit; hinc e duodecim exemplis sex ab hac parte stant, sex ab altera. A quinto vero inde libro quasi fusis fugatisque hostibus tropaea θῶμα posuit.

**) Incommodum sane est, quod in conferendis codd. sicubi de prima manu sermo est, non semper additum sit, utrum ejusdem librarii prima et altera manus appareat, an secundi cujusdam, primi manum emendantis.

***) Non minus incommodum est, quod Gaisfordius plerumque commemorare neglexit,

23, 2. ϑῶμα F. sed superne adjecto υ ab alia manu. Sic Schw. nunc diserte alius manus meminit. cf. not. praeced. Reliqui omnes ων, nominatim S.

30, 7. ἀποϑωμάσας M. et F. a. m. pr. prorsus quemadmodum in 11, 5. Omnes reliqui ων habere dicuntur, nullus tamen nominatim excitatur.

68, 1. ϑώματι P. et b. Reliqui ut videtur ων praeferunt, atque de nonnullis libris manu-scriptis F. a. c. id diserte testatur Schw. Sed hujus verba „ϑωΰματι cum punctis diaereticis vulgo edd. ut alibi; sed ut edidimus, non diducta diphthongo, sic constanter F. a. c. et alii" quonam referenda sint, non satis perspicio. Nam non constanter hos codd. scripturam, quae diphthongum exhibet, praebere patebit. Vix itaque aliter haec verba intelligi possunt, quam sicubi diphthongum repraesentent, tum eam non diduci atque hoc confirmatur nota Schw. ad 185, 4, ubi libri nil discrepant. Dolendum vero est, alios quoque codd. hic nominari, sed quos sileri.

68, 2. ἀποϑωυμάζοντα, ϑωυμαζες, ϑωυμα. Haec tria vocabula sic ter deinceps brevi intervallo leguntur, nulla scripturae varietate allata, nisi quod de accentu in ϑῶυμα ex cod. F. Schweighäuser monet. Num quisquam credere potest, cum ante duas lineas ϑωυμ. praecesserit, ibique materiam de scribendi ratione disputandi praebuerit, nunc omnes socordes nullius varietatis in scribendo meminisse, si quam repperis?

88, 1. ἀπεϑώμαζε ex solo F. affertur. cf. ad 11, 5. et 68, 1.

93, 1. ϑώματα idem solus F. Sed favente fortuna factum est, ut codd. alii singularem numerum alii pluralem praeferant. Hinc septem codd. sponsores diphthongi ων citare possumus, inter quos praeter a. etiam S., cujus indicium Gaisfordio debemus, cum Wesselingius, cui ejusdem conferendi copia fuerat, ad testimonium ejus pro singulari numero non attendisset.

155, 2. Hic Gaisf. e solo cod. F., cujus antea nullam rationem habuit, neque ita statim habiturus est, ϑωμάζω nescias qua de causa recepit. Ex reliquis codd. nil affertur.

185, 4. Omnes in diphthongo ων consentire videntur; nulla saltem varietas affertur, nisi quae diaeresin spectat. cf. ad 68, 1.

194, 1. Nullus liber affertur, qui ω habeat; et duo saltem S., et ipse F., in quibus diphthongus legatur.

Si praeter hunc primum librum nullus ceterorum nobis a fortuna servatus esset, nemini dubium esse posset, primo in orthographia hujus vocabuli codices manuscriptos diphthongum postulare; dein codicis F. scribam, cui docti cognomen non denegamus (cf. ad 11, 5.) nescias qua doctrina imbutum a genuina scribendi ratione saepius descivisse, plerumque sine comitibus; tertio, Gaisfordium calidius quam prudentius uno in loco huic cod. F. fidem habuisse; postremo, cum jam in initio operis de multorum librorum scriptura nihil certi sciamus, ob ingravescens

---

qui codices receptae ab eo lectioni suffragentur. Nam ejusmodi disquisitio tripartita est, ut intelligatur, tum qui libri scripti receptam a nobis lectionem tueantur, tum qui ei adverseatur, tum e quibus conferentium incuria nihil enotatum sit. Atqui libri hi, quos postremum indicavimus, non in censum veniunt.

taedium eorum, qui libros scriptos contulerint, magis magisque semper nos a librorum auxilio destitutum iri. Quod an ita se habeat, nunc videamus.

Lib. II.

II, 21. Solum ω praebent codd. M. K. diphthongum tuentur quinque saltem codd. inter quos a. S. et ipse F.

35, 1. Wesselingius πλέω θωϋμάσια edens praeter Aldinam (quam Steph. 2da sequitur) codices nominat V. S. R. b. c., sed πλεῖστα θωμάσια ex M. K. P. affert. Num tu credis, eos codd. qui πλέω praebeant omnes diphthongum ascivisse, eos vero qui πλεῖστα scribant omnes eam sprevisse? Hic locus nobis inter multos alios certum documentum praebet, quam parum de dialecto Herodoti constituenda editores solliciti fuerint; negari enim nequit, Wesselingium ad solum dissensum inter πλέω et πλεῖστα animum advertisse, neglecta accuratiore indagatione vocabuli secundi. Duos tamen indubios testes post Wesselingium habemus, quibus ut diphthongum praeferamus credendum est, codd. F. et S. a Gaisf. iterum collatum. De ceteris nihil decernere audeo.

79, 3. Nullus affertur liber scriptus, qui diphthongum ωυ respuat.

121, 12. Solam vocalem ω habent V. S. Editiones omnes ωυ. De ceteris codd. siletur; e Schweighäuseri tamen annotatione critica, quae de punctis diaereticis agit, alios ωυ dare, forsan concludi potest.

121, 33. Hic diphthongo nulla lis movetur, nisi quod S. ad Atthidem inclinans θαυμάσαι scribit.

148, 7. et 149, 1. Nullus liber memoratur, qui in duobus his locis diphthongum deserat, quamquam solius F. propter omissa signa diaeretica indubitata auctoritas affertur.

155, 4. — ω. M. P. K. sed ωυ S. F. V. a. b. alii.

156, 1. — ω iidem M. P. K. αυ F. c. ωυ ex solo S. affertur.

175, 1. — ωυ in omnibus*). — 175, 2. ωυ in omnibus, nisi quod αυ exstat in F. (non in P. ut Gaisf. memorat.).

Lib. III.

III, 3, 1. — ωυ in omnibus, diserte ex S. allatum.

3, 6. — ωυ in omnibus. — 12, 1. ωυ in omnibus, et ex F. diserte allatum. — 14, 10. ωυ in omnibus. — Sic etiam 22, 8. — 23, 2. — 47, 7.

80, 8. — ωυ in ceteris, excepto S. qui ω habet. — 82, 9. (bis) ωυ in omnibus. Sic etiam 111, 1. — 112, 1.

113, 1. ω S. P. ωυ F. de reliquis tacetur **). — 119, 7. ωυ in omnibus. — Sic etiam 140, 4.

148, 3. Si Wesselingii solius notam inspicimus, simile dubium oritur, quale jam ad II, 35, 1. proposuimus. Hic enim ἀπεθωύμαζε ex a. c. f. S. V. affert, ἐπεθώμαζε vero ex M. P. K. Mirum sine foret, si omnes scripti qui praepositionem

*) Brevitatis causa in omnibus voco, ubi disertum contrarii testimonium non affertur.

**) Paulo ante ibidem legebatur vulgo θυμιαμάτων, nunc θυωμάτων, cui vocabulo nostrum substituerunt P. M. F. hic θωυμάτων scribens, illi θωμάτων.

ἀπό agnoscunt, ων quoque servent, ii vero quibus ἐπί placuit, ω asciverint. Sed perspicuum est, Wesselingium etiam hic dissensum tantum in praepositione notare voluisse. Nam de f. Schw. testatur, diserte se monitum esse, non ων ibi exstare. Idem de S. credimus facile Gaisfordio, qui denuo hunc librum contulit. Sic itaque cum de ceteris codd. nil certi decernere audeam, id unum immotum manet ω praebere f. S. ων vero F. — Ut hoc tantum addam, alter hic est in tribus primis libris locus, ubi Gaisf. ω ascivit, non validioribus rationibus, quam in aliis locis ων intactum sivit.

Lib. IV.

IV, 9, 3. ων in omnibus, praeter S. qui ω habet.

28, 5. ω S. F. quod Gaisf. secutus est. αυ a. Pro ων nullum disertum testimonium afferri potest, cum ex ceteris codd. nihil enotatum sit. Sed totus locus jam alium scrupulum editoribus injecit, de quo videas Schw. in variet. lect.

30, 1. ων omnes, praeter S. qui ω habet, cui nunc quidem Gaisf. non obsecutus est. — 42, 1. ω S. V. Gaisfordio addicente. ων diserte ex F. affertur; quid in ceteris legatur ignoramus.

53. 3. ων omnes, praeter S. qui ω habet. Atque hic rursus Gaisf. ων retinet. — Sic et 82, 1. Atque ne in 82, 2. quidem, ubi non solum S. sed etiam F. in ipso textu, quem vocant, ω, suprascripto tamen ων, habet, diphthongum deserere ausus est Gaisf. — Etiam in 85, 1. omnes habent ων, praeter S. qui ω praebet. Sed hic ultimus est locus, ubi Gaisford. incertus animi diphthongum admittit. In omnibus reliquis locis quasi inconstantiae pertaesus solum ω agnoscit. Quae fuerit causa mutatae mentis, forsan quaeras. Suspicor fere, quod a proximo inde loco Schweighäuserum, qui eo usque semper diphthongum retinuerat, tantum non ubique comitem habet.

111, 1. Dixi jam, hic Schw. et Gaisf. ω edidisse e F. et S. In Lex. tamen ex aliis ων Schw. affert. — Prorsus idem locum habet in 129, 1. et 129, 3.

199, 1. Schw. et Gaisf. ω ex M. S. K. F. ceteri mssti ων teste ipso Schw.

Lib. V.

V, 13, 1. Schw. et Gaisf. ω ex S. F. K. De ceteris codd. siletur. — 49, 2. iidem ex iisdem tribus libris. ων alii mssr. ap. Schw., quam vagam quidem sed non vanam esse formulam ipse sententiae nexus ap. Schw. monstrat*).

92, 26. ω K. F. f. alii ων, inter quos ipse S. — 92, 33. (bis) ω sol. F. quem tamen duumviri illi secuti sunt. Ceteri ων, quod de S. vel ex silentio Gaisfordii concludi potest, cupide scripturam per ω sui libri auctoritate, ubi fieri potest, defendentis.

Lib. VI.

VI, 1. 3. ω K. F. f. alii cum S. ων. — 43, 3. ω. F. b. αυ S. V. ων alii

*) „θωμάσης S. K. et F. quos secutus sum. θωϋμάσης ed. Wess. cum aliis edd. θωυμάσης alii mss." Vides diphthongum diductam ex editionibus afferri, non diductam ex codd.

non nominati. — 47, 1. αυ ceteri omnes, nominatim S. F. praeter K. qui ω habet, quod jam Wessel. recepit, ut ἰωνικώτερον quam vulgarem per αυ scripturam.

117, 2. ω S. P. K. F. ωυ alii, teste Schw. — 121, 1. ω S. K. F. ωυ alii teste Schw. — 123, 1. ω S. F. de ceteris codd. siletur.

Lib. VII.

VII, 28, 1. ω iidem tres codd. S. K. F. „forsan et alii" addit Schw.. quod non intelligo. Nam cum ωυ ad Schweigh. usque editum fuerit, codices ceteros, e quibus nil allatum est, in ωυ potius conspirare quam ω dare credi potest, praesertim cum ω in K. haberi Wessel. testetur. — 99, 1. ω iidem S. K. F. De ceteris siletur. — Idem locum habet in 125, 2. nisi quod Schw. in lex. alios habere ωυ testetur. — 128, 3. ω S. F. quod Schw. non recepit, nulla prodita causa. — 135, 1. S. K. F. de ceteris siletur. — 153, 6. ω S. V. K. F. ωυ non diductum edit. Ald. — 187, 2. Bis in hac sectione substantivum occurrit, quod θῶμα scriptum Schw. et Gaisf. exhibent, in priore loco e P. S. F. in posteriore ex F. certe; nam an reliqui duo codd. assentiantur, e Schweighäuseri nota non liquido discas; et Gaisf. non solito negligentior ad hunc alterum locum nihil annotavit. Quoniam vero in priore loco ad Thomae quoque Magistri auctoritatem provocatum est, supra jam pag. 3. hanc elevavimus, monstrantes, ω esse quidem in duobus codd. αυ in uno, sed ωυ item in uno eodemque optimo. — 204, 1. ω S. K. F. de ceteris siletur. — 208, 4. ω S. F. et quod mirum ipsa edit. Ald. Sed ωυ in Steph. 2. jam reperio. ωυ e codd. non affertur, sed e Suida s. v. ἀλογία. — 218, 2. ω S. F. de ceteris siletur. Sed in Lexico Schw. ex aliis ωυ hic affert.

Lib. VIII.

VIII, 8, 2. ω e solo F. hab. Gaisf. non item Schw. ωυ cum aliis S. dare, e Gaisf. silentio certum est. cf. ad V, 192, 33.

37, 3. Etiam hic bis Gaisf. e solo F. ω ascivit, quod Schw. non ausus erat. Utroque loco S. diphthongum dare, non dubium mihi est. Nam quod priore tantum loco Gaisf. hoc diserte monuit, non ad diphthongum pertinet, sed ad diaeresin.

65, 1. ω e solo F. Gaisf. non Schw. Quod vero ex S. diphthongi meminit Gaisf., id non pro testimonio haberi velim, ubi de cod. S. idem taceat ωυ in eo non comparere. Nam hoc hic non fecit diphthongi, sed alius in eodem vocabulo varietatis causa. Nam pro ἀποθωυμάζειν τε cod. S. habet ἀποθωυμάζοντας. —

74. 2. ω S. K. F. ante Gaisf. jam a Schweighäusero receptum. De ceteris codd. siletur; at in Lexico Schw. diphthongi meminit. —

135. 1. θῶμα Schw. scripsit, quamvis verbo hoc in cod. F. cum undecim proximis omisso. Codicem S. ita dare, scire non potuit, cum Wessel. hoc fugisset, quod iterata collatio Gaisf. docuit. Sed in Lex. Schw. ωυ tantum ex h. l. citat. — 153, 3. ω e solo F. duumviri illi. ωυ diductum diserte ex S. affertur.

Lib. IX.

IX, 11, 5. ω S. F. ωυ alii, diserte testante Schw., eodem fere modo quo ad V. 49, 2. —

16, 6. $\overline{\omega}$ S. K. F. f. $\overline{\omega\upsilon}$ alii, teste Schw. in varietate lectionis et in Lexico. — 37, 5. $\overline{\omega}$ S. K. S. $\overline{\omega\upsilon}$ alii msscr. ap. Schw. — 53, 2. $\overline{\omega}$ S. F. $\overline{\omega\upsilon}$ alii, cf. ad. V, 49, 2. et IX, 11, 5. — 58, 4. $\overline{\omega}$ sol F. $\overline{\omega\upsilon}$ alii. ωϋ diductum S. cum editt. — 65, 2. $\overline{\omega}$ S. F. K. $\overline{\omega\upsilon}$ alios libros mss. habere putat Schw. — 111, 4. $\overline{\omega}$ S. K. F. de aliis siletur. — 120, 2. $\overline{\omega}$ F. $\overline{\omega\upsilon}$ diductum S. Idem obtinet in 122, 3. et 122, 6. Sed in 122, 5. $\overline{\omega}$ tuentur F. et S., nulla ceterorum mentione facta. $\overline{\omega\upsilon}$ non diductum ex Ald. affertur.

Jam si hanc exemplorum hic collectorum multitudinem, sunt vero nonaginta et tria, accuratius lustramus, statim videbimus ab initio longe diligentiorem operam fuisse eorum, qui codicum conferendorum curam in se susceperant, quam in progressu operis, ita ut in ultima historiarnm parte praeter duos istos codices S. F., quos Schw. et Gaisf. ipsi manibus versarunt, raro unus alterve in nostra quaestione ad partes vocetur. Vidimus praeterea in initio operis ita auctoritate praevalere eam scribendi rationem, quae $\overline{\omega\upsilon}$ praeferat, ut de altera admittenda nemo sanus, nisi aliis argumentis non ex testimoniorum numero et natura petitis, non facile cogitet. Num credibile est, si in reliqua operis parte non minore religione scripti libri consulti essent, aliud quid hos testes responsuros fuisse, quam initio responderint? Quidni? objiciat forsan aliquis, cum e codd. S. et F., quorum pleniorem collationem habemus, manifesto pateat, in initio operis regnare diphthongum $\overline{\omega\upsilon}$, in altera parte vocalem $\overline{\omega}$. Verum quidem hoc esse non negabitur, sed ea de re statim dicetur. Nunc illud tantum animo perpendas velim, omnes editiones ante Wesselingianam in omnibus locis, tribus quatuorve exceptis, ubi vulgaris forma per $\overline{\alpha\upsilon}$ legitur, diphthongum $\overline{\omega\upsilon}$ agnoscere, nunquam $\overline{\omega}$*). Atqui ad unam aliamve harum editionum omnes collationes institutae sunt. Credendumne est omnes, qui codices contulerunt, ita hebetibus oculis fuisse, ut si frequenter se obtulisset $\overline{\omega}$ pro $\overline{\omega\upsilon}$ hoc non animadvertissent? Credendumne est Gronovium, amore codicis Medicei quem ipse manu diligentissime versaverat occaecatum ejusque vitia manifesta pro tot virtutibus praedicantem, novies tantum scripturae per $\overline{\omega}$ mentionem fecisse, et reliquos locos vel neglexisse vel ad eos non attendisse? Credendumne est, Georgiadam, qui Parisinos codd. in Schweighäuseri usum mercede conductus contulit, etsi forsan non accuratissime ista opera functus sit, tamen e praestantissimo cod. a., quem ceteris diligentius eum contulisse res ipsa docet, octies in hac quaestione lectiones afferre, sed quae nusquam $\overline{\omega}$ monstrent, sed vel $\overline{\omega\upsilon}$ vel semel $\overline{\alpha\upsilon}$, eundemque semper $\overline{\omega}$ omisisse si saepius ipsi hoc se obtulerit, praesertim in posteriore libri parte**).

Sed nunc eo accedimus, ut rationem, quam codd. F. et S. secuti sint, paulo accuratius sub examen vocemus. De scriba codicis F. quid sentiam jam plus semel in speciminibus praecedentibus patefeci. Is enim hic quoque antagonistae partes suscepturus, statim in principio $\overline{\omega}$ scribere quidem aggressus est in tribus locis, sed

*) Semel $\overline{\omega}$ ex Aldina citatur; sed jam Steph. in eo loco $\overline{\omega\upsilon}$ praebet.

**) Similiter e codd. c. d. e. R. nunquam $\overline{\omega}$ affertur; ex b. bis; f. quater. V. ter. P. octies. K. vicies ter; si calculos recte subduximus.

ita ut υ vocabulo superne adjiceret, si sua hoc manu fecit, quod me nescire supra p. 4. not. **) fassus sum. Ter vero in eodem libro primo ω scripsit, septies ωυ. In omnibus his tredecim libri primi exemplis nusquam ω e cod. S. affertur; semel αυ. — In secundo libro ω in F. non comparet, novies ωυ bis αυ. Et cod. S. quoque in hoc libro nusquam ω offert, semel αυ. — In tertio libro cujus sedecim sunt exempla nunquam ω iu F. repertum est; ter in S. — In quarto libro constantiam istam, quam per duos praecedentes in scriptura ωυ defendenda cod. F. tenuerat, rursus deserit, sexies ωυ praebens, sexies ω, atque semel quidem hoc supra scripto υ. Mutato vero prorsus antiquo more cod. S. in omnibus duodecim locis ω offert. — A quinto vero inde libro pertinaciter F. ω retinet, semel tantum ad vulgare αυ delapsus. Sed non eadem constantia est cod. S. Ex quinque exemplis, quae in quinto libro leguntur, duo tantum ω praebent. In sexto libro ter ω habet S., bis αυ (idque semel cum F. commune), semel ωυ. — In septimo vero libro eadem constantia, qua F. in omnibus duodecim locis ω tuetur. — Ex septem vero octavi libri exemplis duo tantum S. per ω scribit, reliqua per ωυ. — Tandem in undecim libri noni locis quater ωυ S. retinet, septies vero cum F. consentit. Jam vero si nobis eam legem imponi sinamus, ut orthographiam Herodoti in hac voce, nulla ceterorum librorum ratione habita, ad consensum horum duorum codicum conformemus, omnia nonaginta et tria exempla in tres aequales partes miro casu divisa sunt; nam in 31 locis in ωυ conspirant ambo libri; in totidem in ω; et in aliis totidem inter ω, ωυ, et αυ fluctuant.

Verum enim vero si validis argumentis probabile fecimus, fore ut, si reliqui codd. majore cura collati sint, scriptura ωυ longe et numero testium et auctoritate praevaleat; si non absurde suspicati sumus, orthographiam quae ϑῶμα scribi jubeat, a nonnullis grammaticis, ad quos Hesychii glossa refertur, et librariis excogitatam esse, qui analogiam vocabuli τρῶμα sequuti sint; ante omnia vero cum gravissima auctoritas Gregorii atque Eustathii accedat, qui de industria horum vocabulorum orthographiam explicantes ω prorsus ignorant, ωυ solum probantes; — ex omnibus his causis inquam mihi persuasissimum est, si veterem Herodoti manum servare gestimus, ut spreto simplici ω ubique ωυ in possessionem, a recentissimis editoribus plus dimidia parte imminutam, restituendum sit.

Accingor nunc ad alteram hujus quaestionis partem, qua me effecturum promisi, ut, si ϑῶμα rejici debet, ejus locum non novitium ϑῶυμα sed, quod olim scriptum est, ϑώϋμα occupare debeat, similiterque ut non ἑωυτόν sed ἑωϋτόν scribatur. Sed non sine timore in hunc campum descendo: nam obloquendum est Hermanno Buttmannoque, at qualibus viris! Sed si grato animo professus fuero, me his viris et Lobeckio meo, quicquid in accuratiore cognitione sermonis Graeci profecerim, omnia fere debere, si modeste nunc rationes, cur mihi a horum sententia discedendum videatur, protulero, neminem spero futurum, quimihi arrogantiae, quae suis sibi commentis placeat, crimen objicere possit. Quipost illos duumviros aut in editionibus, quas curarunt, aut in scriptis grammaticis eandem

sententiam amplexi sunt, ii nullas novas rationes attulerunt, quibus me respondere necesse sit*).

Hermannus itaque primus, quantum mihi innotuit, vulgari rationi scribendi, quae in omnibus fere libris editis obtinuerat, adversarius exstitit in aureo libro de, emend. rat. Gr. Gr. p. 47. 48.: in diphthongis ηυ et ωυ eodem modo υ mutum esse ut ι in η et ῳ; male ηϋ et ωϋ duabus syllabis pronunciari; male ϑώϋμα scribi solere tribus syllabis et accentu male notato; diphthongum esse ωυ, una tantum syllaba pronunciandum, ut apud Aristoph. Acharn. 790. τωυτῶ; quaerit tum, cur Jones ϑώϋμα dixerint, qui ηὔδα, νῆυς, νηυσίν conjunctim protulerint; cur ϑώϋμα tribus syllabis pronunciarint, ὠυτὸς autem duabus, allato loco Etym. magn. p. 826, 1.**). Jampergit, grammaticos de soluta diphthongo nil tradere, idque confirmat loco Gregorii, supra jam p. 3. a nobis excitato. Aliud praeterea haud leve argumentum exstare, quo ωυ etiam in ionica dialecto diphthongum constituisse appareat; nam istos diphthongum αυ non solum in ωυ sed etiam in ω nudum mutasse. Addit Joannis grammatici locum, a nobis sudra p. 3. not. **) transscriptum. Quae tum adduntur de modo, quo diphthongus ωυ pronuncianda sit, ad nostram quaestionem non pertinent. Nam non agimus de sono mutae literae υ in hac diphthongo, sed de eo, num ωυ semper monosyllabum sit.

Buttmannus vero in nota pag. 102. Tom. 1. grammat. amplioris subjecta haec argumenta addit: ἑωυτοῦ veram esse crasin ex ἕο αὐτοῦ, quemadmodum τωὐτό ex τὸ αὐτό, ex quo genitivo ceteros casus formatos esse. coll. ibid. p. 301. not. 4. — Orthographiam ϑώϋμα, ἑωϋτόν, quae per se et propter grammaticorum silentîum suspicioni obnoxia sit, verisimiliter ei consuetudini multorum scriptorum librorum originem debere, qua vocali ϋ plerumque duo puncta superne imponantur. — Sed diaeresin apud poëtas locum habere posse, ut in γρηῦς et γρῆϋς. Hinc ϑωϋτὰ apud Hesiod. sc. Herc. 165 vulgariori ϑαύματα praeferendum videri.

His gravissimis argumentis ut respondeatur, initium faciamus a silentio grammaticorum, propter quod diaeresis ista in suspicionem vocatur. Verum non pror-

*) Schweighäusero facile condonandum est, quod eandem sententiam saepe in annotatione critica tuetur; namin cod. F., quem non sine causa magni facit, non solum puncta illa diaereseos absunt, sed etiam ϑῶυμα eo, quo Hermannus jussit, accentu scribitur — Blochium quoque, Itacismi acerrimum propugnatorem, in eadem sententia esse non miror. Facilius enim sonus af in of transire potest, quam in oï. Sed Graeci nostrae aetatis diphthongum ωυ non noverunt; at quomodo non ante ita multa saecula Eustathii aetate eadem pronunciata fuerit, postea patebit.

**) Verba ipsa Etymologi adscribam: Ὡυτὸς ἀνήρ, ἔστιν ὁ αὐτός· κατὰ κρᾶσιν τοῦ αο [leg. οα] εἰς ω μέγα γίνεται ὠυτός.

sus obmutescunt grammatici in hac quaestione; Eustathii saltem duo exstant clara testimonia; alterum ad Iliad. 19, 413. pag. 1191, 19. Rom. Tom. IV. p. 137. Lips. *τὸ δὲ ὥριστος κέκραται κατὰ τὸ ἑωὕτοῦ. ἔστι γὰρ ἐκεῖνο ἕο αὐτοῦ, καὶ κράσει τοῦ ο καὶ α εἰς ω μέγα γίνεται ἑωυτοῦ καὶ διαλύσει ἑωὕτοῦ.* Sed contra hoc testimonium duplex exceptio valet; qui enim Buttmanni sententiae favent, contendere possint, Eustathinm ipsum propria multorum librorum orthographia, qua literae *υ* duo puncta in capite addant, seductum haec pro diaereticis habuisse, atque hinc dialysin istam commentum esse. Ego praeterea objiciam aut falsam esse Eustathii sententiam, in qua ipsi cum Buttmanno convenit, *ἑωυτοῦ* crasi ortum esse ex *ἕο αὐτοῦ* *), aut, si crasis haec obtinet, ex ipsa Eustathii doctrina, quam alio loco et accuratam et argumentis e rei natura petitis innisam proposuit, *διάλυσιν* istam locum habere non posse. Nam fundamenta totius hujus disquisitionis jacta sunt in altero loco Eustathii ad Iliad. 5, 396., quem supra jam pag. 3. transscripsimus. Negat ibi disertis verbis *ὠὐτός* et *ἑωὕτοῦ* similia esse; affirmat illud duabus syllabis pronunciari, hoc vero quatuor implere. Haec enim ejus doctrina est: sicubi *αυ* in *ωυ* in una voce transit, *ωυ* dialysin patitur atque disyllabum fit; hoc vero locum habet in *ἑαυτοῦ ἑωὕτοῦ*, et in *θαῦμα θώὕμα*. At si *ωυ* illud non simplici mutatione vocalis *α* in *ω* effectum est, sed in duorum vocabulorum crasi ex *ο* et *α* oritur *ω*, tum monosyllabum remanet, *ὁ αὐτός ὠὐτός, τὸ αὐτό τωὐτό.* Haec brevibus verbis tantum doctus archiepiscopus adumbravit, quae mihi ita comparata videntur, ut ea ex nobilis cujusdam grammatici doctrina fluxisse existimen. Atque haec uberius etiam exornari potuissent. Idem fere locum habet in *σημεῖον σημήϊον, οἰκεῖος, οἰκήϊος, ῥᾴδιος, ῥηΐδιος* multisque aliis, ut prima alicujus diphthongi vocali mutata, si hoc in media voce, non crasi, non augmento assumto, fiat, pro diphthongo diaeresis duarum vocalium apud Jonas locum habeat. Crasin habent *ἠὐγένεια, τωὐβούλοιο, ὠὐριπίδη* et quae alia ejusmodi exempla Buttmannus attulit, in quibus diphthongus dissolvi nequit. Augmentum vero crasi addidimus, quoniam potestate et ortu huic

---

*) Si hanc Buttmanni opinionem sequimur, *ἑαυτοῦ* crasi et synaloephe ortum esse ex *ἕο αὐτοῦ*, quod perspicuum sit ex ionico *ἑωυτοῦ*, sane quid accusativo *ἑωυτόν* faciendum sit, non perspicimus; nam ibi ejusmodi crasis obtinere non potest. Multo probabilior altera sententia est, quam Buttm. ipse l. c. p. 301. ab ipsa rei natura commendari non negat, cum primitus ut apud Homerum in duas partes haec reflexiva distracta fuerint, *ἕο αὐτοῖ, ἓ αὐτόν*, postea has partes in unum vocabulum inseparabile conjunctas, cum accusativi in objecto significando frequentior usus sit quam duorum ceterorum casuum, coaluisse in *ἑαυτόν*, et, quae huic similia sunt, *ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ*. Et sic ne in *ἑωυτοῦ* quidem crasis obtinet. Nam eadem interna quasi vocabuli affectione, qua *θαῦμα* pro *αυ* assumit *ωυ*, in *ἑαυτοῦ, ἑαυτόν* quoque diphthongi *αυ* mutatio explicanda est. Atque hinc veteres grammatici tantum non ubique *θωυμα* cum *ἑωυτοῦ* componunt; at in *θωυμα* craseos vestigia nemo facile odorabitur. Postremo si ionicum *ἑωυτοῦ* e crasi ortum est, cum crasis non ubique a scribentibus ponatur, quid quaeso causae est, cur nusquam apud Herodotum et alios *ἕο αὐτοι* in hac significatione occurrat?

simile est. Coalescit enim breve ε cum vocali vocem incipiente; sed ubi augmentum non adest, ibi vox ad antiquam formam redit. Si itaque quaeritur, cur ηΰδα Jones dixerint, non ἤϋδα, respondemus, quod αυ non in ηυ mutatum est, sed εα crasi quasi in η. Nam si αυ in ηυ abiisse censendum esset, dici quoque posset ηὐδᾷν. Verum in ἠϋγενείας diaeresis haec necessaria est, ipsa diphthongo ευ in ηυ mutata. Multa praeterea addi possent, si in alias dialectos exspatiari luberet; sed cum de ionica Herodoti oratione tantum mihi sermo sit, etiam pauca ea exempla, quae ex epicorum*) et atticorum usu ad rem illustrandam apposui, supervacanea forsan nonnulli existimabunt. Unum adhuc mihi monendum est, νῆυς pro νᾶυς positum huc non pertinere. Nam υ hoc loco non propriam vim obtinet, sed digamma, aut quo alio modo spiritum hunc densum appellare velis, censendum est, ut ex casibus obliquis patet.

Sed sufficiant haec; doctioribus et acutioribus dijudicandum relinquo, an in defendenda vetere scriptura θώϋμα causa ceciderim.

---

*) Epici ipsa ea, quae Jones nequeunt, per diaeresin diducere possunt, ut γρῆϋς, quod Buttmannus protulit, ut ὤϊξε alia. Sed θωϋτά apud Hesiodum, si lectio sana est, cum Jones θωυτά non potuerint dicere, ex ejusmodi διαλύσει non explicandum erat.

Addend. ad pag. 6. not. **), Similiter in II, 40, 3. pro ceterorum librorum genuina lectione θυωμάτων cod. S. nostrum vocabulum substituit θωϋμάτων diducta diphthongo scribens.

Koehler upse Fig. upond





